Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Lussow Ernst Konerding

Auspice Christo De Regalibus Disputatio I. [- V.] : Exhibens Praeter Regalium Notationem, Definitionem & Divisionem, etiam illorum nonnulla, quae maiora & Reservata dicuntur

Rostochi[i]: Kilius, 1637

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731649680

Druck Freier Zugang



5 Disputationen
Königsrecht
1. Aufl.

R. U. jur. 1637/8.
(1) Lussow - Konvdingk etc.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731649680/phys_0001
DFG

Contenta:

(1) E. Conerding: De regalibus
(2) J. Conradus: Reliqua regalium...
(3) A. Pehrsen De regalibus majoribus...
(4) J. Hagmajerus: De regalibus minoribus
(5) Th. Münden: De his, quibus regalia...

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731649680/phys_0002
DFG

Auſpice CHRISTO

De

REGALIBUS

DISPUTATIO I.

Exhibens

Præter Regalium Notationem, Definitionem & Diviſionem, etiam illorum nonnulla, quæ majora & Reſervata dicuntur,

QUAM

Permiſſu Ampliſſimæ Facultatis Juridicæ

Sub Præſidio

Dn. JOACHIMI Luſſow/ J. U. D.

Publicæ disquſitioni ſubjicit

ERNESTUS Konerding/ Brunſvicens.

In Auditorio majori ad diem 16. Septembr. horis à 7. matutinis.

ROSTOCHJ,

Literis NICOLAI KILII, *Academ. Typograph.*

ANNO M. DC. XXXVII.

1 Dupl. 1071

117

1637

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731649680/phys_0003

DFG

Contenta.

1
2
3
4
5

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731649680/phys_0004
DFG

IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI.

DISPUTATIO I.

De

Regalibus Majoribus & merè Reservatis.

Respondente

ERNESTO Konerding/ Brunsvicens.

I.

NOn frustra deploraſſe cenſeo Jurisprudentiæ noſtræ conditionem Warnemundum de Erenberg *lib. 1. de fœderib. c. 1. n. 48.* quod maxima doctiorq; Ictorum pars circa nummos colligendos occupata, viles juris privati materias exactè ſatis tractet & tradat, illa autem turpiſſimè negligat, quæ ad ſtatum Reipub. pertinent, ejusque commodo & utilitati inſerviunt; Quis enim adeò hoſpes in jure noſtro, qui neſciat Jurisprudentiæ cultores non minus circa Jus publicum, quod ad ſtatum Reip. pertinere dicitur, quam circa Jus privatum, quod ſingulorum tantum utilitatem concernit, occupatos eſſe debere? §. *fin. Inſt. de Juſt. & Jur. l. 1. §. 1. & 2. ff. eod.* & quidem eò magis, quanto majori intervallo publica poſt ſe relinquunt privata, Quis adeo ab omni civili ſcientia alienus, qui non didicit, nefas eſſe civi, ut curis obſtrictus rei privatæ, publicam negligat? maxime cum homo non ſibi, nec ſuis tantum, ſed patriæ magis natus dicitur, majoremq; partem illius Patria & Reſpub. ſibi vendicat. Quis neſcit deniq; veteres Ictos, vel eo nomine potiſſimum commendari, quod privati non ſolum ſed & inprimis publici Juris ſtudio inclareſcere, ac eo ipſo Reipub. inſervire & prodeſſe allaborarint? Errant igitur, imo nimis à vero aberrant illi, qui Jurisprudentiam privati juris cancellis includunt, & nihil niſi contractuum, obligationum ac Judiciorum materias addiſcunt, connubiorum, tutelarum, ſucceſſionum, ſtillicidiorum & cloacarum jura tractant, & de oleo ac tritico legato, glandeq; legenda diſputant ut iterum loquitur *Warnem. de Erenb. ibid. n. 48.* Rectius ſibi conſulere conſtat il-

los, qui utriusq; juris studium, tam publici quam privati excolunt & exercent, & quid publice privatimq; utile est, discunt & explorant. Et quis quæso mihi vitio potius, quam laudi vertet quod juris civilis subtilitatibus paululum sepositis, de Regalibus impræsentiarum aliquid in medium sim prolaturus? Sunt enim Regalia sive nomen consideramus sive res ipsas, quæ sub nomine comprehenduntur, sive etiam Personas, ad quas illa pertinent, nobilissima certe pars juris, quæ alias juris publici materias multis parasangis antecedit, & inter omnes emicat, velut inter ignes Luna minores. Digna ergo quæ prolixiori stylo persequar, & pro ingenii viribus paulo plenius attingam.

2. Regalia quæ & Regaliæ aliquando vocantur *c. unic. quæ sint Regaliæ 2. F. 56.* late & improprie sumpta, honorantias significant, quæ ratione officii cuilibet debentur Magistratui & Officiali *teste Alvarot. ad Rubric. d. t. unic. quæ sint Regal.* Strictè vero & proprie jura Regia designant, quæ Majestatis etiam vel Imperii jura appellantur. Et hoc in significatu referuntur ad omnes Principes, Reges, & civitates superiorem non recognoscentes, nam ejusmodi Reges, Principes & Civitates sua habere Regalia, extra omnem dubitationis aleam esse existimo, inquire vero in singula mearum non est virium, nec etiam instituti ratio permittit, Constitutio illa Friderici famosissima 2. F. 56. proposita, Civilis cum sit, & ad Rempub. nostram Romanam pertineat, ideo primo loco de summis Imperii Regalibus & in d. Constitut: non enumeratis, postea speciatim etiã de illis, quorum expressam mentionem facit allegata hæc Constitutio, & tandem de Regalium acquisitione & amissione pauca sum prolaturus.

3. Cur autem Fridericus magis Regalia, quæ à Rege dicuntur, quam Imperialia, dicere voluit, duplex adferri potest ratio, primo quod secutus sit hac in parte communem usum loquendi, *Alvarott. in præfat. d. c. unic. quæ sint Regaliæ* propter quem aliquando etiam à verborum proprietate recedimus, *Johan. Baptist. Plotus. de in lit. jurand. §. 1 n. 15.* rebus enim ex debito, aut verbis ex usus beneficio utimur *Warnem. de Eremb. d. l. 1. de fœderib. in præfat. n. 15.* Secundo quia Imperatores nostri Romani, Reges quoq; dicti sunt, uti constat illud, non solum ex lege illa, qua populus Romanus omne suum Imperium & potestatem Imperatori & in Imperatorem contulit, & Regia exinde dicta *l. 1. in pr. ff. de Constit. Princip. §. sed & quod Principi 6. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* licet negare vix possimus parum in usu Romæ tunc temporis hoc nomen

nomen fuisse, sed tunc demum vicissim introductum, cum Imperium in Græciam jam fuerat translatum *Arum. Exercit feud. 4. th. 10.* Sed & multis ex aliis juris nostri locis; sic expresse Rex vocatur *in pr. c. unic. de Lege Conrad. 2. F. 34. c. unic. in pr. vers. si v. ad Regem si de investit. int. Dom. & Vasall. lis oriatur, 1. F. 26. c. unic. de Allodiis 2. F. 54.* sic culmen Imperiale Regale vocavit Justinianus noster *in l. fin. §. 2. vers. regalis culminis C. de Assessor. & domestic. & Cancell. Judic. l. 3. verb. & regale culmen C. de quadr. præscript.* sic in Recessibus Imperii Fridericum Imperatorem & Maximilianum I. aliquoties sese Reges Romanos & Cæsaream suam Majestatem Regiam appellasse testatur *Bocer. tr. de Regalib. c. 1. n. 20.*

4. Idem observare Jus Canonicum, & Imperatorem nonnunquam Regem appellare existimo, non attento discrimine, quod alii adferunt, huic sc. juri electum Imperatorem, ante Pontificis coronationem Regem tantum Romanum dici, & post coronationem demum Imperatorem, uti illud evincere conantur ex *c. venerabilem 24. de Election. & Elect. potest.* Nam cum Præsul iste Romanus omni cura & studio eò semper laboravit, ut Imperatores nostri omnem suam dignitatem, potentiam & Imperium illi acceptum referrent, & hinc coronationem præcise & necessario ex ipsius manibus expectarent, unde Ludovicum Bavarum excommunicatum legimus à Johanne XXII. Pontifice quod ante coronationem papalem, Imperatoriam potentiam & Jurisdictionem usurparat *Chytr. in Chronol. sub An. Christ. 1317. Rumelin. part. 1. ad aur. bull. dissert. 3. th. 15.* & Clementem VI. impudenter satis postulasse ne prædictus Ludovicus IV. ante coronationem titulo Imperatorio uteretur, *Aventin. lib. 7. Annal.* vix puto vel Regis nomine illos dignari Canones, quibus Pontificis Coronatio est neglectui.

5. Si vero hac occasione quæritur, Anne Pontificis Coronatio adeo sit necessaria, ut sine ea plenum Imperii gubernaculum Imperatori non competat? tunc simpliciter respondetur quod non; Imperium enim aut potestatem administrandi Rex Romanus non accipit ex coronatione, sed potius ex Principum electione, & is qui coronat, nihil novi juris electo tribuit, sed quod jam ante tributum est, festivè magis, quam de necessitate significat *Speidel. in addit ad dessert. 1. Rumelin. in aur. bull. th. 15. lit. A.* Accedit quod Dd. uno quasi ore affirment omnes, ex sola sc. Principum Electorum electione, verum esse Imperatorem & jus administrandi consequi *Speculat. tit. de Rescript. præsent. §. fin. n. 18. Albert. de*

Rosat. in l. bene à Zenone n. 4. C. de quadrien. præscript. Castal. de Imp. quæst. 46. Dn. Reinkink de Regim. secul. & Eccles. iast. lib. 1. class. 3. c. 7. n. 3. & 4. Thom. Michael. de S S. Cæs. Majest Camer. ac Stat. Jurid. conclus. 3. lit. C. Rumelin. ad aur. bull. part. 1. disser. 3. th. 15. Bruning de var. univers. specieb. conclus. 10. lit. D. Molin. in consuetud. Parisiens. præfat. n. 73. ubi addit secundum hanc sententiam semper ab antiquo practicatum fuisse, solosque consistorii papalis Advocatos contrarium scribere; Hinc etiam Academiæ Parisiensis & Bononiensis, postulatum illud Clementis VI. Pontificis, quo mandabat ne Ludovicus IV. ante Papalem coronationem titulo Imperatorio uteretur, iniquum & absurdum proclamarunt teste Aventin. d. lib. 7. annal. & cum inter prædictum Imperatorem Ludovicum ex una & Johannem XXII. & Benedictum XII. ex altera parte contentio magna exorta fuisset hac de re, omnium Statuum consensu tandem constitutio facta est, sancitumq; fuit, Electum statim post Electionem legitimum Imperatorem censendum & nominandum esse, constituta simul læsæ Majestatis pœna in eos, qui id ausi fuerint negare, ut constitutionem illam plene referunt Albert. de Rosat. in d. l. bene à Zenone n. 4. & Goldast. tom. 3. constit Imperial. pag. 41. vide quoq; Crantz lib. 9. Saxon. c. 15. Aventin. d. lib. 7 annal.

6. Verum ad Regalia ut revertar, definio illa, & dico, quod sint jura, in signum supremæ præeminentiæ & Imperii salutem ac utilitatem soli Imperatori, ejusq; Fisco competentia, à quo tamen illorum quædam, etiam ad alios, legitimis modis pervenire possunt. confer Bocer. tr. de Regalib. c. 1. n. 1. Vult: de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. Carpz. dissert. de Regalib. th. 5. Sixtin. de Regalib. lib. 1. c. 1. n. 14. Borchol. ad c. unic. quæ sint Regal. n. 2.

7. Jura esse Regalia recte dicitur, sunt enim revera res incorporales, & mera jura, uti ex generibus atq; exemplis infra positis, pluribus patebit, imo plurimum differunt à bonis Regalem dignitatem annexam habentibus, quæ feuda Regalia dicuntur, secus prout existimat Horoman. in lexic. feudal. verb. Regalia qui perperam hæc duo confundit, & passim in jure feudali Regalia præcisè pro feudis Regalibus accipi author est, ut non immerito eum reprehendat Niellius & dicat: hoc tantum abesse, ut locis ab eo adductis probetur, ut excepto nostro c. unic. quæ sint Regaliæ nuspiam in libris feudorum ulla omnino Regalium simpliciter fiat mentio Niell. disp. feud. 11. th. 1. lit. B.

8. In signum porro præeminentiæ & Imperii salutem ac utilitatem Impera-

Imperatori competere Regalia, probatur ex *constit Imper. de jure monetar. An. 1570. promulgata* §. als denn auch die Müntzgerechtigkeit/ *ibi*: sondern wie wir selbst den Heiligen Reiche zu Ehren vñ Wolfarth brauchen sollen/etc. *& Receß. Imper. de An. 1576* §. Dadurch denn nicht allein/*ibi* zu vnser Keyserlichen Hoheit vnd *reservaten, item ex constitutione Friderici Imperatorũ de Pace Constantiæ* §. *volumus ut Regalia verb. ea quæ specialiter ad nostram excellentiam spectant.*

9. Et licet aliarum quoq; Gentium Principes, superiorem non recognoscentes sua habeant Regalia, veluti Rex Galliæ, Rex Hispaniæ, Rex Daniæ aliiq; similes Reges & Principes, item populi liberi, tamen quia de jure potissimnm Civili Romano disserere mei est instituti, ut supra quoq; monui, idcirco Regalia definiendo, ea soli Imperatori competere assero. Nec obstat, quod & Principes nostri Imperii Romani, item Civitates Regalia habeant & possideant, nam hi non proprio suo jure, si quæ habent, possident, sed beneficio alieno, veluti ex concessione Imperatoris vel expressa vel tacita, quod etiam verbis finalibus definitionis innuere volui.

10. Regalia quot sint, vix definiri posse putat *Conrad. Carpz. d. dissert. de Regalib. th. 10. in pr.* multa namq; à multis adducuntur, alii ducenta & octo, alii quadraginta & tredecim, alii plura, alii paucíora adferunt *v. Sixtin de Regalib. in proœm. n. 20.* Negari tamen vix poterit, quod in enumerandis iis, multi minus à vero aberrent, cum non omnia, quæ Princeps potest inter Regalia sint referenda, & referre illa omnia quasi Regalia essent, inconcinnum valde foret, ait *Knich de Sublim. & reg jure territor. c. 1. n. 1227.* Ego præter illa quæ in d.c. unic: seriatim enumerantur, de nonnullis etiam aliis acturus, prius Regalium divisionem aggredior, illa enim quæ divisim traduntur magis sunt clara, facilioris q; capacitatis, & melius memoriæ quæ alias labilis est, commendari possunt, *Johan. Faber. ad Rubr. Inst. de Actionib.* imo divisio animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat & memoriam artificiosè reformat, *gloß. ad* §. *igitur post libros verbo easdem Institutiones, in proœm. Instit.*

11. Dividuntur communiter Regalia in Majora & Minora *Vult lib. 1. de feud. c. 5. n. 7. Peregrin. de jure fisci lib. 1. tit. 1. n. 9. Sixtin de Regalib. c. 2. n. 1. & 31. Arnisæ. lib. 2. de jure Majestat. c. 1. n. 8. Borch. ad c. unic. Quæ sunt Regaliæ n. 3. Gothofr. ibid. ad Rubric. Rumelin. part. 3. ad aur. bull. dissertat. 3. th. 3. Rosenth. tr. de feud. c. 5. concluſ. 2. & 3. Niell. disput. feudal. 11. th. 1. in fin.* seu quod fere idem est inter Regalia Majestatis & Fisci

Boer tr. de Regalibus c. 2. n. 4. Et Majora dicuntur in quibus suprema potestas dignitas & præeminentia Principis elucet *Peregrin. d. tr. lib. 1. tit. 1. n. 9. Niell. d. disput. 11. th. 2.* ut sunt: Leges condere universales, bellum indicere, Academias erigere, Reges & Principes creare, monetam cudere, famæ restituere, spurios legitimare, veniam ætatis cōcedere &c. quæ à Cicerone, jura Majestatis, à Livio jura Imperii, à Tacito, sacra regni appellantur *teste Arnisæo lib. 2. de jure Majestat. c. 1. n. 2.* Vocantur etiam alias potiora *Zasius in Epit. feud. part. 5. n. 13.* imo mere Regalia *Par. de Puteo tr. de Syndicat. verb. de Exceß. Baron. vers. excedunt. n.* 13. Sacra sacrorum *Andr. Knich. de Saxon. non provocand. jure verb. Ducum c. 1. n. 7.* & ossibus ac personæ Imperatoris ita cohærere dicuntur, ut ab illo separari nequeant *Par. de Puteo d. l. n. 13.* Ex quibus sequitur, inalienabilia esse hæc Regalia, nec transire posse ad alios inferiores *Arnis. lib. 2. de jure Majest. c. 2. n. 1. in fin.* maxime cum Regni ac Imperii jura, illibata se conservaturum in coronatione sua etiam jurato promittat Imperator, & alienatio ejusmodi, ne quidem jurisjurandi religione firmari possit *arg. c. intellecto 33. Extr. de Jurejurand.*

12. Quid autem sibi vult, quod & Principes nostri Imperii & reliqui Status, majori ex parte, majora quoq; & potiora possideant Regalia? illos enim in terris suis, & quoad subditos suos de reservatis, per quæ juri superioritatis, non derogetur, sese intromittere posse, sine controversia esse, ac usu & consuetudine observati asserit *Rosenth de feud. c. 5. quæst 13. lit. B.* Hinc videmus Principes, quoad bona sui Ducatus, spurios legitimare, Notarios creare, per viam gratiæ in Integrum restituere, veniā ætatis concedere, famæ restituere & reliqua ferè facere posse, quæ solus Imperator in toto Imperio *Dauth de testam n. 36. pag. 35. vers. ut omittam.* Sic jus cudendæ monetæ de majoribus est Regalibus, & solius Majestatis merito proprium esse debet, *ut suo loco infra pluribus demonstrabitur* & tamē Principes nostri Germaniæ non tantum, sed & civitates ejusdem, vel ex singulari cōcessione Imperatoris, vel etiam longo & inveterato usu illud sibi acquisiverunt, uti abunde satis testatur quotidiana experientia, stultorum Magister & pœnitentiæ Comes verba sunt *Warnem. de Erenb. lib. 1. de fœderib. c. 1. n. 1. in fin.* Et quid est quod magis proprium sit Majestati, quam Jus recipiendi extremam provocationem? nihilominus tamen, aliquibus Imperii nostri Proceribus & hoc communicasse novimus Imperatores; Quicquid sit, licet Regalia hæc non in marsupio Imperatoris es

ris esse dicantur *Roland. à Valle 2. consil. 1. n. 15.* nec à sceptro vel corona ejus unquam divelli possint, nisi homicida audire velit suæ dignitatis uti ex Baldo loquitur *Andr. Knich. de jure Saxon. non provoc. verb. Ducum c. 1. n. 13.* tamen cum munificentia & liberalitas maximè deceat Principem *arg. l. pen. C. de Donat. int. vir. & uxor.* quo subditos habeat devotissimos, bellorum æquè ac pacis tempore obsequentissimos, & ad quævis pericula promptissimos *Tapia ad rubr. ff. de Constit. Princip. c. 4. in pr.* usu demum receptum est, posse equidem Imperatorem concedere ejusmodi Regalia aliis, sed salva semper Majestate Imperii, i. e. superioritate, majoritate & honore; *Knich. d. c. 1. n. 16.* concedit enim illa omnia inferioribus in recognitionem superioritatis, & omnes quotquot Regalia in Imperio nostro habent, coguntur, illa recognoscere ab eo, tanquam superiori, & investituram illorum petere, quod quasi census est devotionis, recognitionis & reverentiæ *ut* F. F. *communiter loquuntur.* Unde concludunt D d. quod Princeps concedendo aliquid de Reservatis, intelligatur semper concedere, ut ea exerceat, cum debita causæ cognitione & non cum plenitudine illa potestatis quam habet concedens *ex Innoc. Bald. & Abbat. Felin. in c. quæ Ecclesiarum n. 32. Extr. de Constitutionib. Dauth. de Testament. d. n. 36. pag. mihi 36. vers. quarto inferunt quod Princeps &c. Besold. lib. 1. polit. c. 4. n. 38.*

13. Hoc tamen, quod dixi, cum grano salis est accipiendum, nam primo exercent solummodo Principes inferiores Regalia hæc, & obtinent etiam illa tantum, in suis terris, ac inter suos subditos, & nihil per hoc derogatur potestati Imperatoris, cum & ille, vi absolutæ suæ potestatis nihilominus hæc & similia tam in terris illorum Principum & inter subditos eorum, quam in universo Imperio liberè exercere possit; e. g. Notarios creat Imperator vel ipse, vel per Comitem Palatinum in toto Imperio & quolibet ejus angulo, & hoc modo creati, habentur pro Notariis, non tantum in loco vel civitate ubi Notarii facti sunt, sed & per universum terrarum orbem *Gail. 2. Observ. 71. in fin. cum multis ibidem allegatis.* Sic Princeps quoq; inferior in Ducatu suo, uti dictum est, Notarios creandi facultatem habet, verum factus & creatus extra Principis territorium pro Notario non recipitur. Secundo exercent equidem Principes inferiores in suis, ut dixi, terris Regalia illa majora, sed non omnia, sunt enim quædam, quibus illi sine vi juris superioritatis Imperii plane uti nequeunt, qualia sunt: Bellum indicere, Academias erigere, Reges, Duces & Princi-

& Principes creare &c. in his enim & similibus nihil valent Imperii nostri Principes, nec in illorum messem falcem suam, absq; nota læsæ Majestatis, immittere possunt *Besold. lib. 1. polit. c. 4. n. 55. uti infra pluribus demonstrabitur.*

14. Subdividunt autem majora Regalia Dd. in Reservata & communicata *Schonborn. lib. 5. Polit. c. 10. & seqq.* vel quod idem est in communicabilia & incommunicabilia *Dauth. de testam. n. 36. pag. 35. verb. aliqui excedunt negando.* Et ad Reservata seu incommunicabilia referunt ea, quæ regulariter sibi soli & Majestati suæ reservavit Imperator ut sunt: Leges condere universales, Bellum indicere, Reges & Principes creare, Academias erigere, jus civitatis dare, comites Palatinos creare, Doctores & Magistros facere, Jus extremæ provocationis habere, quæ non immerito summa Regalia quis appellaret, item spurios legitimare, Notarios facere, per viam gratiæ in integrum restituere veniam ætatis concedere, famæ restituere &c. quæ rectissimè licet Dd. etiam ad majora & reservata referant Regalia, non obstante illo, quod & Principes in suis terris illa exerceant, nam Imperator in toto Imperio & omnibus ejus partibus vi absolutæ suæ potestatis, sine ulla restrictione ea possidet & exercet, Principum verò potestas hac in parte valde est restricta, & certis quasi limitibus circumscripta, in hoc tamen differunt à prioribus, quod Principes regulariter, nec in suis etiam territoriis illorum ullo modo participes esse possint, nt non immerito summa illa Regalia & mere Reservata appellari possint. Ad communicata vero seu communicabilia referunt reliqua omnia, quæ cũ Statibus communicavit, qualia sunt ea, quæ in *d. c. unic. quæ sint Regalia* enumerata videmus, nam de hisce agi tantum sub d c. unic. vel exinde constare potest, quod Bulgaco Hugoni & aliis Academiæ Bononiensis Ictis proposita fuerit quæstio, quid juris sc. Imperator in Regnum Italiæ & ejus civitates haberet, & responsum est: Italiam Imperatori, à quo accepit, universa debere Regalia, ea autem esse illa, quæ in d. c. unic. seriatim enumerantur *Sigon. histor. Ital. lib. 12. Anisæ. de jur Majest. lib. 2. c. 1. n. 2.*

15. Minora autem Regalia sunt, quæ non tam personam ipsius Imperatoris, ejusq; dignitatem potestatem & præeminentiam respiciunt, quàm Fiscum, ejusq; utilitatẽ, unde simpliciter ajunt Interpretes, Minora Regalia esse, quæ ad fiscum Imperatoris pertinent. *Borch. ad d. c. unic. quæ sint Regal. n. 5. Arnisæ. de jnr. Majest. lib. 3. c. 1. in pr.* & vocantur alias Regalia Fisci

Fisci *Bocer. tr. de Regalib. c. 2. n. 4.* item communia *Zasius epit. feud. part. 1. n. 13.* De majoribus autem tanquam dignioribus initium dum sum facturus primo loco sese offert:

Jus condendi legem universalem.

16. Summum summi Imperii esse Leges dare universales & maximè ad Reip. salutem & utilitatem pertinere, nemo, ut spero, facile inficias ibit, Lex enim anima & spiritus dicitur Reipub *Schonborn. lib. 3. polit. c. 1 in pr.* Et ut corpora nostra, sine mente, sic Respublica sine lege partibus suis recte uti nequit *Quintil. lib. 5. Instit. c. 11.* Harum nutu & authoritate homines recte demum vivunt, & docentur domitas habere libidines, cupiditates coercere, manus, mentes, oculos ab alienis abstinere, & illa deniq; solum agere, quæ ad Reip. salutē, vitamq; hominum quietam & beatam pertinent *Reusner. hort. histor. polit. coron. 2. flor. 6.* quæ omnia cum fundamentum contineant totius Reip. vix ac ne vix quidem aliter fieri potest quam ut de iis quoq; disponat is, in ejusdemq; manu illa collocentur, in cujus collocata est Respub. ipsa.

17. Legum quoq; vis cum in eo potissimum consistat, quod imperent, vetent, permittant, puniant, *l. legū virtus 7. ff. de Legib.* h. e. ut verbo dicam, quod cogant, sequitur etiam potestatem leges universales condendi penes illum esse oportere, penes quem esse dicitur vis cogendi, ne alioquin sortem illæ cum telis aranearum habeant communem, quas fortiores muscæ impune semper & facilè labore perrumpunt *Arnisæ. lib. 2. de jure Majest. c. 3. n. 1.*

18. Accedit deniq; quod semper & ubivis locorum ita in more positum fuisse novimus, ut is demum populo Leges daret, qui Majestatem & potentiam summam præ se ferebat, sic Dominum Dominantium & Regem Regum populo suo Israëlitico leges dedisse legimus *Exod. c. 20. 21. 22. & 23.* Sic Athenienses cum Reipub. mutandæ curam Soloni dedissent etiam absolutam & summam ei concesserunt potentiam, sine qua leges inanes futuras præviderant *Plutarch: in Solon.* quod etiam sacræ literæ observant, dum non uno in loco Reges & Legumlatores conjungunt, *ut Esai. c. 33. vers. 22.* Dominus Rex noster Dominus Legifer noster & *Proverb. c. 8. vers. 15.* Per me Reges regnant & Legum conditores justa decernunt,

19. Rectissimè itaq; faciunt illi qui primum hinc ac præcipuum Caput Majestatis esse volunt, jus condendi leges universales & primum

inter Regalia locum, huic juri assignant, attinet enim Imperium nostrum Romanum, novimus quod ut summa potestas olim penes solum fuerit populum, ita & is legem universalem solus quoq; constituerit §. *lex est: 4. Inst. de I. N. G. & C.* postea verò cum per legem Regiam Principi & in Principem omne imperium & potestatem suam populus concessit, & legislationem etiam soli Principi concessam esse, legisque vigorem habuisse, quod illi cum certa placuit ratione, videmus ex §. *sed & quod Principi 6. Inst. de I. N. G. & C. l. 1. ff. de Constit. Princip.*

20. Adhibere tamen solebant Principes in Consilium Proceres Imperii, Senatumq; Romanum, cum optime cognoverant, id demum ad beatitudinem Imperii & illorum gloriam redundare, quod Patrum consilio fuerit ordinatum & constitutum ut loquuntur Imperatores Theodos. & Valent. in *l. humanum 8. C. de Legib. & Constit. Princip.* imo boni Principes & Imperatores in novo jure constituendo, rem orationem quadam Senatui deliberandam proponebant, ut ait *Wesn. in π. ff. de petit. hæredit. n. 11.* unde Orationes Principum dictæ, quarum passim *in ff. l. 1. in pr. & §. 1. de rebus eor. qui sub. tutel. vel cur. sunt. l. oratio 26. ff. de sponsalib.* fit mentio.

21. Hodiè quoq; leges universales in Imperio nostro Romano condit Imperator, seu ut rectius loquar, conditas pro sua solius authoritate promulget, nam ipsam condendi potestatem centro quodammodo & certo spatio circumscribi passus est *Dn. Cluten. Syll. rer. quotidian. conclus. 21. lit. B.* dum in consilium adhiberi voluit Proceres Imperii die Stände des Reiches/ unde legibus ejusmodi, hanc potissimum insertam videmus clausulam: Vnd wir Chur: Fürsten vnd Stände bekennen öffentlich mit diesen Abschiede/ das alle vnd jede obgeschriebene Puncten vnd Articul mit vnsern guten wissen Willen vnd Rathe fürgenommen vnd beschlossen/ idq; à Carol. Magni temporib. ita observatum fuisse ex Melchior. Heimsfeld testatum facit *Coler. de jure Imp. German. section. 18.* & leges hoc modo conditæ Recessus Imperii appellantur, vulgo Reichs-Abschiede/ vel etiam Recessus comitiorum, quod hanc & similem ob causam Proceres Imperii ad comitia evocari, ibiq; de iis consultare & tandem concludere solent, uti constat ex formula, qua communiter evocantur: Ihr wollet erscheinen/ neben vnd mit andern Reichs Ständen helffen handhaben/ rathen vnd beschliessen. *Zach. Vietor. de caus. exempt. Imper. conclus. 5. ferè in med.* Verum cum attendi potissimum soleat id, quod

id, quòd principalius est, & Imperator principales semper pōtioresq; partes in hac legislatione obtineat, nescio sanè an adeo peccaret is, qui diceret, & hodie Imperatorem in Imperio legem universalem condere, adhibitis, ut olim, in consilium saltem Proceribus Imperii.

22. Et pertinet ad Regalia non modo potestas leges ferendi novas, sed & veteres confirmandi, item mutandi ob varietatem sc. Status civilis & naturæ humanæ *arg. §. 7. Constitut. de Concept ff. ad Triboniam.* licet enim quæstionis adhuc sit; An fas sit abrogare legem, attamē cum evidens id postulat utilitas & necessitas, quis prohiberet antiquatis veterū legibus, meliora ad præsentem aptare usum *l 2. ff. de Constit. Princip. c. 8. Extr. de Consanguin. & affinitat. Zach. Vietor de caus. exempt. Imper. Conclus. 5 in fin. Schonborn. lib. 3. polit. c. 9. Riech. Dieter. de sum. summi Imper. potestat. th. 92. & 93.* Interpretari legem & declarare solius quoq; Imperatoris fuisse constat ex *l. fin. C. de Legib. & Constitution. Princip.* ibi namq; Justinianus inquit: *Si leges condere soli Imperatori concessum est, & leges interpretari solo dignum imperio esse oportet, & in fin. d. l fin. Quis legum ænigmata solvere & omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi u cui soli Legislatorem esse concessum est.* Et hanc potestatem declarandi, nostri quoq; Imperatores hodie sibi reservasse aperte constat *ex Receß. Imperii Ratisbones de ann. 1541.* §. Doch haben wir vns. ibi: so offt solches die Notturfft erfodert jederzeit declaration vnd erleuterung zu thun / wie wir vns solches hiemit / außdrücklich vnd wissentlich vorbehalten *& Receß. Imper. Spirens. de An 1544* §. Were aber sache das in diesen Artickeln / &c. excepta aurea illa Religionis pacificatione tempore Caroli V. sub Ann. 1555. facta, ibi namq; omni declarationi renuntiasse Imperatorem, plus quam manifeste constat *ex d Pacificat. Religion.* §. Vnd soll alles des / verb. auch dagegen keine declaration, quod etiam insequentes Imperatores Maxim. II. Rudolphus II. Matthias I. & Ferdinand. II. in capitulationibus suis juratis serio confirmarunt *Goldast. in Reichs Satzungen pag. 286. n. 16.* §. Wir wollen *Arum. de Comit. c. 8. n. 18. Paurmeist. lib. 1 de Jurisdict. c. 6. in fin. Cornell. Krull / disser. ad pacificat. Religion. in d. §.* Vnd soll alles.

23 Quemadmodum verò Imperator legem universalem condit in Imperio sic specialem seu localem in suis territoriis & provinciis, condere & promulgare possunt Principes & Status Imperii, adhibito tamē consensu primariorum ordinū & Statuū, puta Nobilium & Civitatum

cujuscunq; provinciæ, vnd wird der gemeine Außschuß von der Landschafft/daß seyn die von der Ritterschafft vnd vornehmen Städten dazu beschrieben/uti habet & ita usu observari testatur *Coler. tr. de proceß. execut. part. 1. c. 3. n. 6.* Idem jus Senatus civitatis alicujus non modo Imperialis sed etiam municipii habet secundum Dd. ad *l. omnes populi 9. ff. de Just. & Jur.* interveniente consensu subditorum sive omnium sive partis tantum civitatis *arg. c. quod omnes de R. I. in 6. l. quod major 19. ff. ad Municipal. l. nominationum 46. C. de Decurionib.* dummodo juri publico, aut constitutionibus Principum non derogent, nam hoc casu absq; confirmatione Principis non valebunt *arg. l. 3. §. Divus 5. ff. de sepulch. violat. Bocer. d. tr. Regalib. c. 2 n. 65.*

24. Collegia quoq; & sodalitates adprobatæ respectu eorum quæ ad Collegii causam, ipsarum negotiationum munus artem & professionem spectant, statuta condere possunt *Heig. part. 1. quæst. 23. n. 28.* modo non sint contra bonos mores, jus superioritatis, nec monopolium redoleant *Henr. Bruning. de var. univers. specieb. conclus. 53. & 54.* Unde non valent statuta Collegiorum opificum, ne quis minori pretio vendat quam alter, das einer seine gemachte Arbeit nicht weniger verkauffen soll denn der ander *l. unic. C de Monopol. Ordin. Polit. Carol. V. in Comit. August. de An. 1548 lata & per Rudolph. II. in Comit. Francof. de An 1577 confirmata sub Rubr.* Von den Handwercken in gemein/quemadmodum & illud improbatum est Statutum, quo disponitur, ne certorum quorundam opificum, ut textorum &c filii in Collegia & functiones publicas recipiantur *d. Ordinat. Carol. V. & Rudolph. II. sub Rubr.* Vō den Handwercks Söhnen/Gesellen/Knechten vnd Lehrknaben/ De consuetudine tamen omnia Collegiorum Statuta confirmatione indigere singulariter notat *Wehner in Observat. pract. in verb.* Zumfft.

25. Verum quando dicitur Inferiores Principes & Civitates in suis territoriis leges condere posse, non sequitur statim exinde, esse illud de Regalibus, cum potestas illa ex singulari Imperatoris concessione profecta non sit, nec præscriptione temporis immemorialis acquisita, sed ipsa lege & jure communi Magistratibus istis sit tributa, sicuti evincitur *ex c. vester de Locat. & Conduction. c. 2. de Major. & obedient. l. 2. C de præf. præt Orient l Antiochiensium 37. ff. de reb auth. Judic. possid. l. item eorum 6 in pr. ibi: nisi Lex municipii ff. Quod cujusq; univers. Bocer. d. c. 2. n. 62.*

Jus

16. Secundo majoribus Regalibus annumerare fas est: Jus bellum indicendi quod vel omnium maximum Imperii Jus vocat *Clapm. de arcan. rerump l. 1. c. 20. in pr* & non immerito, nisi enim potestas belli ad solum referretur Principem, nunquam quiesceret Resp. à turbis & bellis civilibus, nunquam deesset vel seditiosa civitas vel impatiens Princeps, qui, excogitata verisimili quadam causa, bello lacessere vicinum suum non auderet *Arnis. de jur. Majest. l. 2. c. 5. n. 11.* quod optime consideravit Augustinus inquiens: Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli authoritas atq; consilium apud Principes sit *in c. quid culpatus c. 23. quæst. 1.* vel apud illum cui bellare fas est ut habet *c. Dominus ca. 23. quæst. 2.* Hinc olim & quamdiu potestas Reip. Romanæ penes populum fuit, tamdiu potestatem quoq; belli indicendi penes eundem mansisse historia Romana satis superq; demonstrat, & inter jura populi hoc tanquam maximum scribit *Polybius lib. 6.* quod in illius voluntate & pax constiterit & bellum, unde leges Romanæ pro latrocinio reputarunt omne bellum, quod non ab ipso populo fuerit indictum *l. hostes. 24. ff. de capt. & postlim.* Tandem post legem Regiam latam cæpit & hoc jus soli Imperatori competere *arg. d. § sed & quod Principi Inst. de I. N. G. & C. l. 1. ff. de constit. Princip. l. neminem 17. C. de re militar. lib. 12.* & omnis armorum movendorum copia à subditis ablata est *l. unic. C. ut armor. usus in scio Principe interdictus sit* ita ut L. Julia Majestatis teneatur is, qui injussu Principis bellum gesserit, dilectumve habuerit, exercitum comparaverit *l. 3. vers. eadem lege ff. ad Leg. Juliam Majestatis.*

27. Hodie vero ex pacto & conventione singulari, recessisse quodammodo Imperatorem ab hac absoluta sua potestate, non absurdè quis dixerit; constat enim ex capitulatione Caroli V. quæ extat apud *Schleid. lib. 1. in fin. fere* quod Imperator pro rebus imperii bellum neq; intra neq; extra Romani Imperii fines absq; omnium ordinum & præcipue septemvirorum consensu & voluntate suscipere possit, vel ut mollius loquar, velit. Quàm in rem vide quoq; Capitulationem invictissimi nostri Ferdinandi II. p. m. *in §.* Wir sollen vnd wollen vns dazu ubi hæc habentur verba, wir sollen vnd wollen etc. kein Gezanck fehede noch Krieg in oder ausserhalb des Reiches von desselben wegen anfahen oder vornehmen, noch einig frembd Kriegesvolck ins Reiche führen/ ohne vorwissen

Rath vnd Bewilligung der Reichs Stände zum wenigsten die Sechs Churfürsten/&c.

28. Electores & Principes noſtri Imperii, nec hodiè inconſulto & inſcio Imperatore bellum indicere & gerere poſſunt, cum ut ſupra monui, hoc ſit de Reſervatis Principis & generaliter in jure proſpectum, quod in crimen læſæ Majeſtatis & pacis publicæ incidat, qui bellum in Imperio ſine Cæſaris licentia movet *d. l. 3. ff. ad L. Jul. Majeſt. Gail. l. de pace public. c. 4. n. 4. & 9. Obrecht. diſp. feud. 12. th. 131. & 134.* Fallit tamen hoc, ut puto, maxime quoties ob ſubitum & præſens periculum arma ſunt capienda *Huſan. tr. de propr. hominib. c. 1. n 17. & 18. Philipp. Matth. ad l. 141. n. 9. ff. de reg. Jur.* e. g. Si Principes ab alio, quicunq; etiam ille ſit, injuſta vi oppugnantur, hoc caſu enim ſe ſuosq; defendere & violentum invaſorem neceſſario & maximè juſto bello perſequi poſſunt nam offenſio ubi eſt prohibita & illicita, ibi defenſio juſta ſemper & licita perhibetur, & juſtum eſt bellum, quibus omnino neceſſarium, & ſemper pia arma quibus nulla niſi in armis ſpes vitæ poſita eſt ut ait: Herennius apud *Livium lib. 9.* & qui non defendit nec obſiſtit injuriæ, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quam ſi parentes aut Patriam aut ſocios deſerat *teſte Cicerone lib. 1. officior.*

29. Verum quid juris, ſi Imperator manifeſtam exerceat tyrannidem, ac injuſta quadam vi & truculenter ſatis opprimat ſubditos? Hoc caſu ex mente quorundam Imperii Proceres Imperatorem primo officii ſui admonere & operam dare debent, ut eum à tyrannico & impio tali propoſito avertere & ad ſaniorem mentem deducere poſſint, ſquod ſi pergat nihilominus, nec admonitus reſipiſcat, ſed Remp. conſulto evertere, jura proterve pervertere, nullam fidei, conventionis, juſtitiæ & pietatis curam habere allaboret, tunc licitum eſſe, exiſtimant, Proceribus Regni & Imperii, populum ad arma vocare & contra talem non modo bellum gerere, ſed eum è ſolio plane dejicere & interficere, idq; tam rationibus quam exemplis Tarquinii, Neronis & aliorum probare conantur. *Obrecht d. diſp. 12. th 156. 157. 158. & ſeqq. Bodin. lib. 2. de rep. c. 5. Dauth. ad l. 3. C. de Teſtam. n. 2. lit. B. pag. mihi 398.* Verum licet concederem ego poſſe Proceres noſtri Imperii maxime Electores tali in caſu ſe ſuisq; ſubditos rectè defendere & injuſtam ejusmodi vim ac tyrannidem legitimo modo ab iis arcere & depellere, maximè cum Principes noſtri Imperii non ſolum modo præ ſe quoq; ferant Magiſtratum & illis etiam cura ſuorum ſubditorum hinc à ſummo Rege & Domino Dominantium ſit demandata *arg. l. ad Thimot. 2. v. 2.* ſed multo magis

cum

cum Electores sint illi ipsi, qui Cæsareæ sublimitati in partem sollicitudinis sunt constituti *aur. bull. Carol. IV. tit. fin* & per quos veluti, septem candelabra lucentia in unitate spiritus septiformis sacrum illuminari debet Imperium *d. aur. bull. Carol. IV. in proœm.* qui velut columnæ Proceres sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ solerti pietate sustentant *d. aur. bull. c. 3. vers. decor.* author tamen raro essem, ut de gradu & solio plane illum dejicerent, cum Rex non postuletur ut Medicus, cujus Imperia durant, quamdiu placet ægroto *Zach. Vietor de caus. exempt. Imper. concluss. 14.* nunquam autem dicerem ut violentas quoq; & impias in ipsum inferrent manus, cum nihil ad Statum Reipub. conservandum magis sit necessarium, quam ut subditi sibi persuasos habeant, principum sanguinem, adeò sanctum ut profundere nefas sit *Rich. Dieter. de summu summ. Imper. potest. th. 214.* Quantum itaq; fieri potest, toleranda & ferenda est omnis injuria superiorum, præsertim subditis & privatis hominibus, Magistratui enim non tantum pio & bono, verum etiam iniquo duro & impio esse parendum sacræ nos docent literæ *1. Pet. 2. v. 18.* Sic David Saulem Tyrannum interficere noluit, ut maximè potuerit, dixit enim neminem innocentem esse, qui Regi impias manus inferet *1. Sam. 24. v. 7. & c. 26 v. 10.* & Spiritus sanctus dum *1. Sam. 8. v. 11. &* 12. jus Regis recenset, eo ipso indicare voluit, factum Regis impium, effectum tamen juris habere sc. non resistendi obligationem, preces itaq; potius pro Magistratu & tali Principe sunt concipiendæ juxta monitum Pauli *1. ad Timot. 2. v. 2. & Jerem. 6. 29. v. 7.* ac Deo vindicta committenda juxta Poetam:

-- - -- -- quid multa piorum
Mors erit, aut impune ferent tot densa tyranni
Funera, quin imo gravior mox pœna sequetur.
Aspicit Omnipotens cœlo Deus, & sedet ultor
Tantorum scelerum, nostra est injuria, dixit
Et dolor hic meus est, vindictam hanc ipse recepi.

30. Inquirere etiam hac occasione libet in hanc quæstionem, utrum Electores & Principes nostri Imperii pro religione contra Imperatorem, si ortodoxã hic extirpare vellet, se & subditos suos armis defendere & vim illatam propulsare possint, quod omnino affirmandum existimo? Principes enim & Electores licet respectu Imperatoris sint & dici possint subditi, tamẽ simul Magistratus sunt, & à Deo æque ut superior suosq; habent subditos quos etiam secundum monitũ Pauli *1. ad Tim 2. v. 2.* tueri debent in pietate, ita ut pietas & cultus Dei inter illos conservetur & propagetur. Accedit quod Statibus Imperii tutela Ecclesiarum suarum sit demandata per constitutiones Imperii, uti non absurde colligo ex *Recess. Imperii* de

Anno

Contenta.

Ann. 1524. §. als auch vielgedachte ibi: daß wir vns versehen die Stände des Reiches als Schützer vnd Schirmer des Glaubens &c. *& passim ex Recess. Imperii de Anno 1555.* Hinc moti Protestantes Imperii Legato Regis Galliæ An. Christi 1535. inter cætera ita responderunt, Proprium hoc esse Principum munus, ut gloriam Dei quærant, ut Ecclesiam ab erroribus repurgent, ut injustam crudelitatem reprimant, uti videre est apud *Schleidan lib 9.* Et an Paulum peccasse putas quod in causa religionis opem apud Tribunum militarem quæsiverit, ut armis si opus esset defendi posset? *Actor. 23. vers. 17. & 18.* an Macchabæos, qui Antiocho desolationis abominationem in templo Hierosolymitano erigenti masculè sese opposuere? 1. *Macchab.* 1. 2. 3 &c.

31. Et hanc sententiam hodie eo magis extra omnem dubitationis aleam ponendam esse judico, quo per Germaniæ illud Palladium, Religionis sc. Pacificationem, libertatem Religionis concessam & multis promissionibus in plurimis conventibus Imperialibus singulisq; fere insequentibus Cæsarum Capitulationibus confirmatam habent Protestantes Imperii nostri Ordines; Constat enim ex historia Schledani & aliorum, quod sedata primo omni seditione & bello, occasione diversæ Religionis, tempore Imperatoris Caroli V. in Imperio exorto, tandem An. Christi 1555. unanimi Procerum totius Imperii consensu facta & composita sit, nunquã satis illa laudata Religionis Pacificatio, per quam & Protestantes liberum sibi acquisiverunt Religionis exercitium, ut non minus hi, sua uti & frui Religione liberè & pacatè possint, quam Pontificii, & ut nulla eis inferri debeat Religionis causa molestia, neq; ullus propter eam violari, nisi pars lædens eadem molestiâ & violentiâ adfici velit, usq; dum omne diffidium in Religionis negotio placidis æquis & tranquillis modis ac rationibus componatur *d. pacif. relig.* §. vnd damit solcher. Imo in Eventum non secutæ ejusmodi placidæ conciliationis, cautum ulterius est: quod pax Religionis nihilo secius in omnibus suis punctis & clausulis illibata sartaq; & tecta manere & conservari debeat, juxta §. Vnd nach dem eine Vergleichung ibi: Wo den solche Vergleichung durch die Wege des general Conciliums, Nationalsversamblung/ Colloquien oder Reichshandelungen/ nicht erfolgen würde/ soll alsdann nicht desto weniger dieser Friedenstandt in allen obberzehleten Puncten vnd Articuln bey kräfften/ biß zu endtlicher Vergleichung der Religion vnd Glaubens sachen/ stehen vnd bleiben/ vnd soll also

hiemit

hiemit obberührter gestalt/vnd sonst in alle andere wege/ein beständiger beharrlicher vnbedingter für vnd für ewigwerender Fried auffgerichtet vnd beschlossen seyn vnd bleiben. Cum itaq; per hanc pacificationem Proceres nostri Imperii liberum, uti dictum est, sibi acquisiverint Religionis exercitium, imo ipsam pacificationem & in hunc usq; diem sartam tectamq; habeant. *d.* § Vnd nach den ein Vergleichung Pacificatio quoq; ipsa in se contineat non solum adseverationem religiosam *d. §.* Vnd damit solcher sed clausulam etiam antiqui juris adversi derogatoriam §. Vnd soll alles das in hievorigen ad cujus religiosam observantiam omnes insequentes Imperatores, non tam ex alieno facto, quam vi propriæ & quidem juratæ conventionis, quam vulgo capitulationem vocant, omni jure sunt obstricti *Petr. Syring. dissert. de pac. Relig. Concl.* 19. sequitur eam Protestantes contra quemvis, etiam Imperatorem, ut sartam tectamq; retineant, defendere posse, ita tamen ut prius verbis, consilio & lenioribus remediis utantur, & illorum intentio sit moderata, non ut Princeps removeatur & opprimatur sed potius ut mitigetur & emolliatur, sancta enim & honesta nobis semper esse debet Majestas Cæsarea, quam contemnere summum delictum esse, author est *Gail. lib. 2. de pace publ. c. 5. n. 14.*

32. Bellicæ denuntiationis species est; Diffidatio, de qua equidem in jure nostro Justinianeo specialia præcepta tradita non sunt *teste Bocero in præfat. tr. de diffidationib.* notarunt tamen illam recentiorum Principum Constitutiones. In *A. B. Carol. IV. tit. 17. De diffidationib.* Von absagen vnd befehlen expresse constitutum est, ut si quis alteri inimicitias denuntiare velit, id ei personaliter vel in loco habitationis, ante tres dies naturales, intra quos ad defensionem se præparare potest, intimare, factæq; intimationis fidem per testes idoneos facere debeat, contra secus facientem pœnam infamiæ & proditionis constituit *d. c.* 17. Idq; postea Fridericus III. eo tantum in casu concessit, si diffidator Justitiam impetrare non posset R. A. de An. 1442. §. Das niemand des andern & obtinebat potissimum tunc temporis, cum armis lites finiri solebant, da das Faust-Recht im schwange ging uti loquitur *Dn. Arumæus discurs. 6. ad A. B. th. 16.* Verum quia per ejusmodi diffidationes, sub quonam etiã prætextu illa fiebant, pax publica solebat turbari, opes exhauriri, ædes atq; domus luctu funestari, omnia latronibus ac furibus impleri, factũ deniq; est ut diffidationes tanquam scaturigo multorum malorum per

posteriores constitutiones Imperii plane sublatæ sint *Recess. Imper. Wormat. de An. 1495. sub Rubr.* Der Königliche Landfriede *verb.* Darauff haben wir alle offene Fehde durch das gantze Reich auffgehoben vnd abgethan/heben auch die hiemit auff vnd thun die ab von Röm: Käyserl. Macht vnd mit Krafft dieses Brieffes/ *quod denuo repetitur in Recess. Imper. de An. 1500. sub Rubrica* Erklärung des Landfriedens/*item in comitiis Augustanis Ann. 1548. sub rubr.* Königlicher Römisch: Mayst. Landfried. & diffidans non solum cum sociis, verum etiam diffidationis literas scribens ultimo puniretur supplicio *Recess. Imp. Ratisbon sub Rudolph. II. An. 1594.* §. Dergleichen vnd weil an etzliche orthen *Wesenb. in ff. ad L. Cornel. de Sicar. Berlich. part. 4. conclus. 21. n. 13.* ubi idem statuit de iis qui signa hostilia & diffidatoria suspendunt, scopas, titiones, carbones, aut ejusmodi similia vulgo Brandtzeichen in pagis vel oppidis affigunt *n. 17. per Constit. crimin. Carol. V. artic. 128. ubi quoq; Bernh. Zieritz in not. ad verb: eodem etiam modo.* Quomodo verò alias ex constitutionibus Imperii contra Duces belli illiciti & tumultuarios milites procedatur pluribus docet *Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 4.*

Jus creandi Reges, Electores, Principes, Comites, Barones.

33. Tertio inter majora Regalia & Reservata Principis rectè referri potest: jus creandi Reges, Electores, Principes, Comites, Barones, siquidem soli Imperatori illud in signum supremæ præeminentiæ competit *arg. c. unic. in pr. de feud. March. Duc. & ibid Frid. Schenck n. 2. Zas. Epit. feud. part. 5. n. 1.* & veluti rivulus à perenni fonte Imperatoriæ Majestatis profluit *Frid. Schenck d. l. n. 2.* ut non frustra Imperatorem nostrum Romanum omnis dignitatis & nobilitatis fontem appellant *Schrad. de feud. part. 4. c. 1. n. 2. Georg. Christoph. Meysisch/de potestat. & Jurisdict. Imperat. th. 7. lit. A. Schonbor. lib. 5. polit. c. 15. in pr.* Oceano comparant, à quo omnes liberalitates, dignitates, jurisdictiones, feuda, nobilitates, privilegia fluunt ac veluti à fonte in alios derivantur *Bald. & ex eo Andr. Knich. de Sax. non provoc. jure, verb. Ducum. c. 1. n. 3.* Dania, Polonia, Ungaria, Bohemia quod Regna audiant Imperatoribus nostris acceptum referunt; Daniæ namq; primum Regem fecit Fridericus I. Imperator *Bodin. lib. 2. de Republ. tit. 3. de Monarch. Regal.* Poloniæ Regem Boleslaum primo coronavit Otto III. Imper. *Chronic. Carion. lib. 3.* Ejusdem Ottonis III. authoritate Ungaria Regni titulum usurpavit, quem postea etiam confirmavit Henricus II. *Peucer. lib. 4. Chronic. p. 776.* Bohemiæ

miæ Dux ab Imperatore Romano, in Regem quod sit evectus, extra omnem controversiam est, à quonam autem, non una est omnium opinio, alii Ottonem, alii Henricum IV. alii Henricum V. alii Fridericum I. authorem laudant; Verisimiliter tamen traditur Henricum IV. Imperatorem primo Vladislaum in Regem Bohemiæ coronasse, quod Comitē se illi Romam proficiscens præbuerit cum armata 300. clypeis legione, *Joach. Cluten. Syll. rer. quotidian. Conclus. 25. lit. O.* licet hujus successores non Regis semper, sed Ducis nomine tantum usi sint, quasi Regni decus homini, non provinciæ concessum esset *v. Dn. Arum. discurs. 5. ad A. B. th. 1.* De Regibus verò & illorum origine aliquid scire qui desiderat, consulere poterit *Lancellot. in templ. omn. jud. lib. 1. c. 2. §. 1. per tot.*

34. Electores quoq; qui Regibus æquiparantur *Warn. de Erenb. lib. 2. de fœderib. c. 2. n. 147.* & lucentia Imperii candelabra *aur. bull. Carol. IV. in proœm.* Columnæ & propinquiora Imperii membra *d. proœm. & c. 3. aur. bull.* appellantur, solus constituit Imperator; Hinc Mauricium Saxoniæ Ducem Carolus V. summis cum solemnitatibus An. 1548. Augustæ Vindelicorum ad Electoralem dignitatem evexit, & in locum Johannis Friderici captivi Electoris Saxoniæ publicè Electorem proclamare fecit *Schleidan. lib. 20. Comment.* De horum verò origine, quando sc. & sub quo Imperatore institutum sit collegium hoc Electorale, multi multa scribunt, & sunt ferè tot sensus quot capita; Qui sub Ottone III. circa annum Christi 996. illud cæpisse asserunt & numero quidem vincunt, & sancti nem pro se adducunt seu decretum, quod ita habet: *Imperatorum nullus hæreditariam dignitatem sibi vindicato, Principes sex, sacri ordinis tres, prophani totidem, eum delegunto: hi discordes si fuerint Bohemiæ Regem cooptanto,* & extat *in continuatione Epitom. S. Aurel. Victor sub Otton. III & apud Goldast. tom. 3 Constit. Imp pag. 371.* Verum ut Decretum hoc saniori Historicorum & Politicorum judicio suspectū arguitur, non tantum quod nullus illorum temporum scriptor illius mentionem faciat, sed etiam quod Regem Bohemiæ exprimat, qui tamen tantum abest ut tempore Ottonis III. in Electorum numero fuerit, ut etiam nondum regium nomen tenuerit *ut supra annotavi*, sic nec authorum numerus vel multitudo tanti apud me valebit, ut in illorū descendam sententiā, præsertim cū vehementissime illis refragetur, quod omnes ferè Imperatores qui post Ottonem III. usq; ad Fridericum II. Imperio præfuerunt, tum ab omnibus Principibus Ecclesiasticis & politicis

ticis, tum etiam à quibusdam populis, veluti Saxonibus, Suevis, Bavaris aliisq; nonnullis electos deprehendimus *Otto Episcopus Frisingens. lib. 6. Chron cap. 27. & l. 28. c 12. Conrad. Abb. Vrspergens. in Chron. an. 1035. & 1106.* Accedit gravissimum judicium Johan. Aventini qui *lib. 5. annal.* ita ait: *De septemviris seu Principibus Electoribus, qui sibi eligendi Imperatoris Romani Germanici q3 partes nunc sumunt, nihil penitus, ne verbo quidem uno, neq3 Hermannus, neq3 Romerius, neq3 Segibertus, neq3 Otto noster* (Episcopum Frisingens. intelligit) *Gunterusve Poëta, & cæteri quiq3 proximi horum temporum gravissimi diligentissimiq3 scriptores, ullam mentionem faciunt, profecto non omissuri tantam rem, si uti nostro seculo sunt, illa tempestate principes illi, constituendi Cæsaris legem, ac prærogativam accepissent.*

35. Aliiitaq; originem illorum jam inde à Carolo M. repetunt, alii Henrico II. adscribunt, alii ad tempora Conradi II. alii ad Friderici Barbarossæ, alii post tempora Friderici II. alii post Rupolphi I. alii deniq; ad Carol. IV. hujus collegii initia referunt. Et quid statuendum in harum opinionum conflictu? sane non absurdus mihi viderer, si Electores sensim cæpisse statuerem & dicerem collegium hoc non certo Imperatorum decreto introductum esse, sed tacito consensu Principum Imperii, paulatim irrepsisse, interveniente longi temporis cursu, donec tandem per Auream Bullam Carol. IV. illorum jus plenissime est confirmatum *Anton. Coler. de jure Imper. Germanic. section. 47. Schonborn. lib. 5. polit. c. 32.* Et ut ita sentiam movent me potissimum duæ hæ rationes 1. quod ne gravissimi quidem & accuratissimi illorum temporum scriptores, certæ alicujus Institutionis, hujus collegii, vel ab Ottone, vel ab alio Imperatore factæ mentionem ullam faciant, sed summo silentio & sicco, ut dici solet, pede illam prætereant. 2. quod nec Carol. IV. in aurea sua Bulla c. 1. in pr. affirmet, esse hoc collegium per decretum aut sanctionem quandam Imperatoris certis istis familiis acquisitum, sed quod habeant Electores jus illud electionis ex antiqua & laudabili consuetudine.

36. Principes, quos Regibus æquiparare solebat Carolus V., solus quoq; creat Imperator, solusq; confert feuda Marchiæ, Ducatus &c. *c. unic. in pr. de feudo March. vel Ducatus* 1. F. 14. Hinc omnes Principes, Imperii nostri, sublimes suas & Regias ferè dignitates, quas proprio quasi jure jam possident, & in posteros suos transmittunt, Imperatorum munificentiæ

nificentiæ non immerito referunt. Schaumburgum quod ex comitatu, noſtris etiam temporibus ante paucos annos, in Principatum ſit evecta Imperatoris ſane habet beneficio; de fulgore enim, inquit Fridericus Imperator, in privilegio Duci Auſtriæ conceſſo, throni Cæſarei, veluti ex ſole radii, ſic cæteræ prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas, memorati numinis non ſentiat detrimenta, tantoq; magis Imperiale ſceptrum extollitur, & tanto magis cura regiminis ſolicitudinibns obruitur, quanto tribunal ipſius digniores in circuitu circumſpicit regiones. *referente Richard. Dieter. de ſumm. ſum. Imp. poteſt. concluſ. 121.*

37. Principis vocabulum æquivocum eſt, nam factionis ſive ſeditionis Principem, item delicti Principem pro authore dicere ſolemus *arg. l. in hoc judicium 10. ff. de ſervo corrupt.* quæ tamen ſignificatio hic aliena eſt, nam denotat hoc loco præeminentiam quandam, unde propriè & in ſpecie Imperator competit, qui etiam in jure noſtro appellatione Principis ſolet denotari §. *ſed & quod Principi Inſt. de I. N. G. & C. l. 1. in pr. ff. de Conſtitut. Princip. l. princeps 31. ff. de Legib. c. unic. in pr. de nat. feud. 1. F. 7.* ſic omnes Reges, Principes recte appellantur, germanice Fürſten/ ut patet ſatis ex inſcriptionibus, quando illis ita ſcribi ſolet, Den Allerdurchleuchtigſten Großmächtigſten Fürſten vnd Herren/ &c. In genere tamen præter Imperatorem hodie omnes Duces, Marchiones, Landgravii & ſimilem regalem dignitatem habentes, Principis appellatione veniunt, *c. unic. in pr. verb. principibus Italicis de probibit feud. alienat. per Frider. 2. F. 55. Aur. bull. Carol. IV. c. 6. ibi: Principes Electores, & ibi: nullus Princeps alius cujuscunq; Status dignitatis præeminentiæ vel conditionis exiſtat & c. 29. verſ. porro cæteri Principes Imperii* &c. & hoc in ſignificatu poſteriori dico, ſolum Imperatorem Principes creare h. e. Electores, Duces, Marchiones, Landgravios &c.

38. De Electoribus, ab eligendo & quod eligant illi Imperatorem ita dictis, jam ſupra th. 35. actum eſt, Duces autem quod attinet, illorum originem ab exercitus Romani Ducibus promanaſſe author eſt *Zaſius Epitom. feud. part. 5. n. 6.* legitur namq; quod Ducis appellatio adeo Publio illi Romano arriſerit, ut nulla alia, devicto Haſdrubale ab Iberis fidem Romanorum ſe commendantibus, ſalutari voluerit *Joach. Cluten. Syll. rer. quotid. concluſ. 26. lit. B.* germanicè Ein Hertzog quaſi Dominus & Dux exercitus ein Herr des Zuges. Hoſce poſtmodum ab Imperatoribus territoriis donatos eſſe veriſimile eſt inquit *Zaſius d. p. 5. n. 6.* ita tamen

tamen ut ab iis recognoscerent, unde constat non amplius officii tantum nomen mansisse, sed dignitatis simul & patrimonii factum esse *Just. Gebhard de sacro Roman. nationis germanicæ Imper. discurs. 70. & 71. Zach. Viet. de caus. exempt. Imper. conclus. 3.* aliter tamen hanc rem explicat *Anton. Coler. de jure Imp. german. section. 57.*

39. Sunt & alii qui Archiduces appellantur, (quod nomen in germania tantum usurpari asserit *Chassan. de glor. mund. part. 5. consid. 44 vers. audivi alios*) & summam juxta Electores, in Imperio nostro obtinent dignitatem *Schonborn. lib. 5 polit. c. 38.* nullique alii, quam Austriæ Duces, antea ita appellati sunt, nec postea extiterunt. *Cluten Syllog. rer. quotid. conclus. 25.* Imperatoribus autem nostris merito acceptum refert Austria, quod à tenuibus principiis ad invidendum istud fastigium sit evecta *Victor de causis exempt. Imp. conclus. 13.* Rudolphus enim I. Imperator & Comes Habspurgensis Austriam ab Ottocaro (vel Odoacro ut alii legunt) Rege Bohemiæ, veluti Imperii feudum morte Friderici Ducis Austriæ, sine mascula sobole defuncti, vindicavit, filioq; Alberto, qui primus Archiducum Austriæ plantator fuit, concessit *Arum. discurs. ad aur. bull. 4. th. 16.* verba constitutionis & privilegii extant apud *Goldast. tom. 1. Constit. Imperial. f 302. Sebast* Münster *Cosmograph. lib. 3. c. 599. fol. 974. & 975. noviss. editionis.*

40. Marchiones dici ex eo, quod finibus Romani Imperii tuendis præfecti fuerint, cum *Arnisæ. de jure Majestat. lib. 2. c 4 n. 15.* assero, Marcham enim nihil aliud esse nostro idiomate quam limes, unde **Marck gemerckung/ Marckstein/ Marckscheiden/** author est *Cluten d. conclus. 26. lit. F.* hinc tandem Marchio **Marckgraue/** qui procul omni dubio, Præfectis limitaneis, quorum mentionem facit *l. viros spectabiles 8. C. de diverf. Offic. & appar. Judic.* haut absimilis fuit. Et licet hi finium & limitum defensores amplius non sint, Marchionis tamen nomen ipsis ex consuetudine adhuc integrum est, tunc temporis enim, cum constituebantur primũ, limites Imperii regendos & tuendos nacti sunt; sic Marchio Brandenburgensis à Carolo Magno institutus fuit contra Vandalos, Austriacus contra Hunnos, Badensis ad tuendum Rhenum, Misnensis contra Bohemos claustra Imperii defendenda suscepit *Arnisæ. d. c. 4. n. 16. pag. mihi 323.* Landgravii verò Præfecti fuerunt Provinciæ alicujus *Cluten. d. conclus. 26. lit. E.* sive Judices Provinciarum. *Vulte de feud. lib. 2. c. 4. n. 14.*

41. Comi-

41. Comitem accipere debemus eum, qui comitetur & sequatur, inquit Ict. Gajus *in l. item apud 15. §. comitem 16. ff. de Injuriis.* Hinc olim Præsides provinciarum & Legati Proconsulum cum in Provincias proficiscebantur, Ictos sibi adjungebant, quorum consiliis in causis dubiis uti proterant & comites appellabant *l. Scto 16. ff. de offic. Præsid. l. diem functo 4. ff. de Offic. Assessor.* Hi verò cum & Judices sæpe causis cognoscendis dabantur, factum ut etiam Judicis appellatione venirent *Vigel. in præfat. Constit. Carol. publicor. Judic.* unde quoq; in quibusdam Germaniæ locis vox Grave Judicem denotat à Gravione seu Graphione quod Longobardis Judicem significabat, *teste Paulo Diacono lib. 5. histor. Longob.* Comites deniq; & illi appellabantur qui Ducibus subiberant & illos sequebantur, constat enim quod circa tempora Caroli Magni, Duces illi demum dicebantur, quibus duodecim subserant Comites *Heig. part. 1. quæst. 2. n. 38.* Sive itaq; Comitem jam dicas exinde quod Ducem suum comitetur & sequatur, quod in simplicibus istis Comitibus, adeò absurdum non videtur, licet nostra ætas à sequela & comitatu ejusmodi receesserit, nec amplius necesse sit, ut Duci duodecim subsint Comites *Heig. d. l. & n.* sive exinde, quod Judex dictus sit, quod in Comitibus Palatinis Pfaltz Graven / Comitibus Provinciarum seu Landgraviis vulgò Land Graven / magis arridet, res sanè perinde erit, modo scias olim & hanc dignitatem in officium tantum concessam, hodie verò proprio & ordinario jure competere *Andr. Knich. de Saxon. non provocand. jure verb. Ducum c. 4. n. 54.* & Comites nobis esse, quibus dignitas Comitatus ab Imperatore est collata, ut etiam in Jure feudali Comes is dicitur, qui de Comitatu est investitus *c. unic. in pr. Quis dicatur. Dux, Marchio, Comes & c. 2. F. 10.* Deinde sciendum est, Comitum quosdam esse qui Principum loco, quosdam qui suo ordine infra Principes censentur; Principum loco, præter Machiones Landgravios &c. sunt Comites principali dignitate & gradu decorati, qui gefürstete Graven appellantur. Principibusq; æquiparantur cujusmodi, sunt Comes Habspurgensis, Tirolensis, Hennebergensis, Mompelgardius &c. & verbo Fürstenmessige in actis Imperii comprehenduntur *Ordinat. Camer. Wormat. de An. 1495. tit:* wie Churfürsten / Fürsten vnd Fürstenmässige ein ander zu Recht fodern sollen *Paurmeist. lib. 2. de Jurisd. Rom. Imper. c. 11. n. 21. Joach. Cluten Syll. rer. quotid. concluss. 26. lit. H. qui de variis comitum generibus pluribus agit.*

42. De

42. De origine vocabuli Baronis varia à variis afferuntur, quæ etiam maxima ex parte congeste videri possunt apud *Heig. part. 1. quæst. 2. n. 54.* mihi non absurda videtur M. Freheri opinio dum vocem Baronis à veteri teutonico Barn quod virum, marem, heroem significat, non incommode derivari posse, & in veteris cantilenis passim ea significatione legi existimat, vel ut communis fere habet opinio à βαρὺς, cum illorum munus fuerit, non tantum in Ducatibus militare sed prudenter etiam atque graviter Ducibus consulere *Eguin. Baro lib. 1. feud. c. 5.* Sumitur autem vocabulum Barones anguste hic pro Capitaneis Comitibus proximis *Eguin. Baro de feud. lib. 1. c. 3.* & dico Baronem esse qui habet præeminentiam quandam ultra simplices Nobiles & est infra Duces & Comites, licet negari non possit, quod Comes & Baro, quando utriq; & Comitatus & Baronia sub universali dominii nomine ac Imperio confertur, & uterq; jura Imperii consequitur, hic illi æquiparetur & æque Regalem dignitatem habeat. Et ita intelligi debet *Zasius Epit. feud. part. 5. n. 29.* ubi ait: in Germania nostra Barones Comitibus æquiparantur. Dignitate verò omnes Barones pares esse nec referre, quod quidam semper Freyen quidam simpliciter Herren / quidam Edle Herren vocentur, asserunt *Schonborn. lib. 5. polit. c. 40. in fin. & Joach. Cluten. Syll. rer. quotid. d. concluf. 26. lit. I. pag. mihi 76.*

43. Et non tantum Regales hasce dignitates solus confert Imperator, sed præditi hujusmodi dignitate de Marchia etiam Ducatu Comitatu vel alio Regali feudo ab hoc solo investiri solent, *c. unic. de feud. Marchiæ vel Ducatus vel Comitat. 1. F. 14. c. unic. Quis dicatur Dux Comes March. &c. 2 F. 10.* Unde quæritur, An quoq; Imperator facultatem habeat solus de feudis ejusmodi immediatè Imperio subjectis cognoscendi. Et Vasallos Imperii degradandi, feudisq; dignitatum exuendi? Et negativa magis placet, Imperatorem sc. nisi ex causa, & cum consilio Statuum ejusmodi dignitates & feuda Regalia alteri adimere, multo minus alteri vicissim in feudum dare posse *Rich. Dieter. de summ. sum. Imper. potest. th. 1. Georg. Christoph.* Meyfisch *de potest. & jurisdict. Imperat. th. 9.* Non tantum quod in gravioribus & arduis negotiis consiliarios adhibere humanam sit, ut inquiunt Imperatores *in l. 8. C. de Legib. & Cluten Syll. rer. quot concluf. 20. lit. L.* Verũ etiam cum dispar sit ratio conferendi & exuendi, & turpius semper ejiciatur quam non recipiatur hospes *arg. l. sicut C. de Oblig. & Action. Arum. discurs. 5. ad aur. bull. Carol. IV. th.*

N. th. 6. pag. mihi 230. Quid juris verò in feudis Imperio apertis? Olim de iis tanquam de re ad se & Imperium legitimè devoluta, providere & disponere poterat Imperator, uti videre est ex *A. B. Carol. IV. tit. 7. in fin.* Verum hodie illud immutatum esse constat ex Capitulat. Carol. V. quæ extat apud *Schleidan. lib. 1 in fin. ferè, & Goldast. tom. 1. constit Imper. part. 2. fol. 3. artic. 23.* & ex Capitulatione Rudolphi II. quàm recenset *Arum. discur. 4. ad aur. bull. th. 16. pag. 218. in fin.* & ex capitulatione Ferdinandi II. artic. 8. ubi hæc habentur verba: Zu deme vnd insonderheit sollen vnd wollen wir von den Heiligen Reiche vnd dessen zugehörungen / nicht allein ohne wissen vnd Willen vnd zulassen gemelter Churfürsten sämptlich nichtes hingeben / verschreiben / verpfenden / versetzen / noch in andere Wege vereussern oder beschweren / & artic. 28. ubi ita legitur: Wann auch Lehn dem Reiche vnd vns bey Zeit vnser Regierung eröffnet vnd ledig heimfallen würde / so etwas merckliches ertragen / als Fürstenthumb / Graffschafften / Herrschafften / Städte vnd dergleichen / die sollen vnd wollen wir ferner niemand leihen / auch niemands einige expectantz oder Erwartung darauff geben / sondern zu Vnterhaltung des Reiches vnser vnd vnsere Nachkommen der König vnd Keyser behalten einziehen vnd incorporiren.

Jus Nobilitandi.

44. De Etymologia seu notatione vocabuli Nobilis, variæ sunt Dd. opiniones, nonnullis nobilis dicitur, quasi non vilis, aliis quasi noscibilis, aliis quasi non bilis, quod nobiles præ cæteris potius mansueti quam ad elationem proni esse debeant *Josias Nold. discur. de Stat. nobil. civil. cap. 1 concluf. 1.* sumitur quoq; & usurpatur illud vocabulum genericè vel specificè; In genere eo nomine salutantur omnium ordinum Principes, nam Duces, Marchiones, Comites, Barones, licet hodie majoris dignitatis titulo appellentur, attamen voce nobilium in genere rectè comprehenduntnr *Petr. de Andl. lib. 2. de Rom. Imp. c. 13. Paurmest. de Jurid lib. 2. c. 11. n. 12.* his enim nobilium titulus olim solis tribuebatur. *Rittersh. in prologom. ad Comment. feud. Paurm. d. c. 11. n. 12.* Spangenberg *in Chronic. Hennebergens. lib. 5. c. 5.* ubi refert quod primogenitus Daniæ vocatus sit Juncker Otto von Dennemarcken / reliqui verò Nobiles ministeriales aut Feudatarii vulgò, Edle Knechte *Albert. Crantz in metropol. lib. 3. c. 11. & lib. 8. c. 14.* Sic Innocentius III. Pontifex Marchionem Misnensem *in c. constitutis 46. extra de Testibus* & Innocentius IV. Co-

 mitem

mitem Bolonienſ. Regis Portugalliæ fratrem *in c. grandi 2. de ſupplend. neglig. prælat. in 6.* Nobiles viros appellant, quemadmodum & Martinus Pontifex Johannem & Albertum Duces Megapolitanos nobiles viros vocat in *Bull. fundat Academ. Roſtoch.* In ſpecie verò olim apud Romanos dicebantur Nobiles, qui novi hominis filii eſſent, vel majorum ſuorum imagines haberent. *Roſin. lib. 1. antiquit. Rom. c. 19.* Novus autem erat, qui primus in ſua familia honores adeptus erat, ac ſtatuæ ſibi erigendæ jus habebat, ut Cicero de ſe gloriatur apud populum, quod longo intervallo temporum ſuorum primus homo novus Conſul factus eſſet *Bodin. de Repub. lib. 6. c. fin. pag. mihi 1213. & lib. 3. c. 8. pag. 548.* Hodiè rectè Nobiles dicuntur illi, qui ex ordine plebejo legitimè ſunt evecti, & definiri poteſt Nobilitas, quod ſit dignitas beneficio Principis ſeu Legis plebejum per gradum legitimè erigens *Joſ. Nold. d. diſcurſ. c. 1. concluſ. 7.*

45. Solus autem Imperator in Imperio Nobiles creat, *arg. l. quoties vir o 3. §. 2. C. ubi ſenat. vel clariſſimi Vult. de feud c. 8. n. 9.* & ſola nominatione conſtituit Duces, Marchiones, Comites, Nobiles ut poſt alios tradit *Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. c. 11. n. 22.* eſt enim ſolus civium Romanorum Dominus *l. 3 C. de quadrien. præſcript. l. 1 C. de ſummi trin. Zoanet. de Roman. Imp. & ejus juriſd. n. 149.* qui tanquam ſtella matutina eminet inter omnes Reges in medio nebulæ meridionalis *Sixtin de Regal. lib. 1. c. 4. n. 6.* à quo ſcaturiunt omnes dignitates tanquam à ſuo fonte & principio *Knich. de Saxon. non provoc. jure verb. Ducum c. 1. in pr.* Hinc concors fere eſt Dd. opinio, poſſe etiam Imperatorem indulgere, ut homo novus, torneamentis ab Henrico aucupe introductis, ſive ludis haſtalibus, in eorum locum revocatis *Nold. de Stat. nobil. c. 8. n. 62. in fin.* intereſſe poſſit, non obſtante ludorum equeſtrium lege, qua excluduntur ab iis omnes illi, qui nobilitatem ſuam quatuor ex avis deducere nequeunt (Die nicht von Vater vnd Mutter vnd deroſelben Groß vnd Elter Vater auch groß vnd Elter Mutter von alters her ererbtes Helm vnd Schildt auffzulegen haben *Cluten. Syll. rer. quotid. concluſ. 20. lit. F. Schonb. lib. 5. polit. c. 15 in fin. Carpz de Regal. lib. concluſ. 26. Joſ. Nold. d. tr. de ſtat. nobil. civil. eorum & privileg. c. 6. n. 50. & c. 8. n. 63.*

46. Confertur autem Nobilitas ab Imperatore duplici modo, vel expreſſe vel tacite, *Boeer. de Regalib. c. 2. n. 8.* Expreſſe quando ſc. aliquis

decora-

decoratus fuerit honorariis codicillis ut loquitur Imperator *Zeno in l. 3. §. viros. C. ubi Senat. vel clariss.* vel ut nos loquimur. Wenn einen von wegen seiner tapfferen Thaten ein Wapenbrieff mitgetheilet wird. Quæ nobilitandi consuetudo, cujus hodie frequens in aula Cæsarea est usus, non nuper adeo, sed jam longo usu inolevit & tempore Zenonis Imperatoris & sic ante annos ferme 1140 in viridi observantia fuit *teste Conrad. Lago method. jur. Civil. part. 2. c. 20. n. 11.* Sic expresse quoq; confertur nobilitas quando aliquem in equestrem ordinem recipit Imperator, wenn einer von wegen seiner Tugend zum Ritter geschlagen wird/ *Boter. class. 5. disp. 14. th. 18.* non enim nascuntur sed certis cum solemnitatibus creantur inquit *Rittersh. lib. 1. feud. c. 3. n. 9.* licet mos iste creandi à priscis temporibus plurimum recesserit *Jos. Nold. de Stat. nobil. civil. c. 6. n. 51.* Quamvis etiam præmium fuerit olim fortitudinis, hodiè tamẽ Principes & Reges ea faciũt promercalia *Cornel. Agrip. de veritat. scient. c. 80.* & gladio evaginato leniter tantũ percutiunt humeros eorum, qui hunc ordinẽ affectant, dato postmodum cingulo & Ense *Hotom. disp. feud. c. 5.* ita ut revera dici possit, Patres gladiũ capulo apprehendisse, filios illorum mucrone arripere cum *Anton. de Guevar. lib. 3. horol. princip. c. 31. circa fin.* & non frustra conquestus sit *Schleid. lib. 2. commentar. ferè in fin.* quando in hæc prorumpit verba: *Hic honos communicari solebat antiquitus iis tantum, qui strenue pugnassent in hostem, erat q; præmium fortitudinis, nunc autem recepta consuetudine, Reges gladio stricto leniter feriunt humeros illorum qui hunc ordinem affectant. Et hac sola ceremonia plerisque multi hodie fiunt Equites, non ex nobilitate tantum, sed Mercatores etiam & quicunq; præ cæteris in honore esse volunt.*

47. Tacite Nobilitatem confert Princeps, quando aliquem in venerabilem sacri sui Palatii cætum tanquam Consiliarium assumit *arg. l. omnium in pr. C. de Testam. l. Juriperitos 30. ff. de Excusat. l. 2. in pr. C. de LL. Tapia ad rubr. ff. de Constit. Princip c. 4. n. 113. Bocer. de Regalib. c. 2. n. 8.* Consiliarii enim pars corporis ipsius Principis dicuntur *l. quiquis 5. C. ad L. Jul. Majest.* unum corpus cum Principe constituunt *arg. l. jus senatorium 8. C. de dignitatib.* & eorum intuitu Principes jura in scrinio pectoris sui habere decantatur *Dauth. ad d. l. omnium C. de Testam. pag. mihi 419. & 420.* Hinc parentes Principis *l. ex Divi 4. C. de Locat & conduct.* amici ipsius vocantur *l. Divi 17. ff. de jure Patronat. l. si post 4. C. de jur. & fact. ignor.* Sic tacite quoq; nobilitat Princeps quando

lateri suo aliquem adhærere finit *l.unic. C. de præpos. labor. l.1. C. de domestic. & protectorib. arg. l. fin. C. de Excusat. tutor Par. de Puteo tr. de Syndicat. verb. de Exceß. Consiliariorum n. 9.* item si quem in rescripto vel quovis alio modo Nobilem appellet, vel si alicui in magno Procerum senatu inter perorandum pileum imponat, de quibus consule passim Dd. sufficit hoc loco me digito attigisse.

48. Quem verò Imperator hoc vel alio modo nobilitavit, tametsi nec sua, nec majorum virtute, nec ulla scientiarum cognitione clarus sit, omnium tamen Ictorum consensu nobilium loco & ordine censeri placuit. *Bodin. de Repub. lib. 3. c. 8. pag. 554.* qui enim honorandi si non ij, quos Principes ipsi dignos honore testantur *Chassan. in catal. de glor. mund. part. 1. consid. 4. & consid. 38. conclus. 44.* exemplo Ahasveri *Esther. c. 6.* imo sacrilegii instar est, dubitare an is dignus sit, quem Imperator elegerit *l. 3. C. de crimin. sacrileg. Schneidw. de feud. part. 3. n. 53.* & demus necesse est, eos nobilitatis decerpere fructus, quibus Principum munere & concessione tribuuntur, seu nobilitas illa pecuniis & sordibus, seu ætatis flore ac fædissimis obsequiis parta fuerit, inquit *Bodin. lib. 3. de Repub. c. 8. pag. mihi 554.* quod illis potissimum notandum venit hominibus, quibus jam demum collata est nobilitas, die sich Adlen lassen / & quorum novi as sæpe contemnitur ab iis, qui aliorum facinora & stemmata jactitant, non sua, nihilq; habent quod de seipsis verè prædicare possint, ejusmodi Pontificum quempiam ridet *Juvenalis Satyr. octava:*

-- -- -- -- -- sed te censeri laude tuorum
Pontice noluerim, sic ut nihil ipse futuræ
Laudis agas, Miserum est alieno incumbere famæ.

49. Requiritur autem ad nobilitatem hanc politicam consequendam præcisè, ut exemptio à plebeja conditione facta sit, nam sola collatio insigniorum absq; collatione privilegiorum non eximit aliquẽ numero plebejorum, sicut nec virtus, quæ tamen præcipua causa est omnis nobilitatis, nisi per Principem in eum ordinem collocetur *Conrad. Lag. meth. jur. Civil. part. 2. c. 20. n. 12. & 13. Besold. lib. 1. polit. c. 4. n. 47. vers. hinc etsi virtus* & ut quis habeatur nobilis, non sufficit causa προπαρκτικὴ meritum aliquod *Jos. Nold. d. stat. nobil. c. 3. n. 32. cum multis ibidem allegatis* sed προηγουμένη nobilitatis sc. affectio & actus nobilitandi externus accedat necesse est. Et licet præter politicã hanc nobili-

nobilitatem, alia quædam sit nobilitas, quam sua virtute quisq; sibi parit, quæ etiam sola vocatur nobilitas à *Iuvenale quando Satyra 8. ita canit:*

Tota licet veteres exornant undiq; ceræ
Atria, nobilitas sola est atq; unica virtus:

attamen ea non existit constitutionum humanarum aut consuetudinis jure sed naturali judicio & admiratione virtutum, & animi potius donum est, quam hinc etiam nobilitatem apud Deum appellat ex Tiraquell. *Mascard. de Probat. vol. 2. conclus. 1094. n. 7.* quo etiam respexisse constat Sigismundum Imperatorem, Hunc enim cum quidam rogasset, ut ipsum nobilitatis insignibus ornaret, atq; isti ordini adscriberet, respondisse fertur, se quidem posse eum plebejorum numero eximere, sed nobilem facere non posse *Conrad. Lag. d. c. 26. n. 23.*

50. Cum itaq; Nobilitas hæc, res quædam, ut vidimus, sit adventitia nec nobis à natura proveniens, concludunt exinde Dd: Nobilitatem in dubio non præsumi sed esse probandam *Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 1094. per tot.* semel autem acquisitam propagari etiam in liberos ante nobilitatem patris natos *per l. senatorii 5. ff. de Senatorib. Bocer d. Regalib. c. 2. n. 9. & 10.* Verum evenisse non semel novimus, ut Principes fœminas ignobiles & plebejas in uxores duxerint, dubitatur hinc an natus ex hoc matrimonio iisdem privilegiis & dignitatibus cum patre nobili gaudeat? & affirmativa verior est, non tantum quod mulieres eodem honore & dignitate cum maritis censeantur *l. fœminæ 8. & ibid. Petr. Costal. ff de Senatorib.* eandem q; dignitatem quam maritorum beneficio acceperunt, retineant viduæ *d. l fœminæ 8. in fin. & l. filia 22. §. vidua 1. ff. ad Municipal.* quod & Imperatores Valentin. Theodos. & Arcad. expresse confirmant dicentes; Mulieres honore maritorum erigimus & genere nobilitamus *l. fin. C. de Incolis & ubi quis domicil hab. videtur & l. mulieres 13. C. de dignitatibus* sed multo magis quod legitime nati liberi, quoad dignitatem, familiam, & similia, quæ juris civilis sunt, patris non matris conditionem sequantur *l. cum legitime 19 ff de Stat. homin. l. 1. §. 2. ff. ad Municip. l. exemplo 36. C. de Decurionib.* & exinde patris etiam non matris nobilitatem assumant. *Chassan. Catal. de glor. mund. part. 8. consid. 8.* ut nec matris regulariter insigniis nec ejus cognomine utantur *Pfeil 1. Consil. 78. n. 161.* Illud tamen haud invitus largior, illustriorem quodammodo reputari digni-

tatem ac nobilitatem, ab utroq; parente quæ provenit, unde strictè observari constat in collegiis quibusdam Ecclesiasticis præsertim superioribus in den hohen Stifftern/ ut nemo in ea recipiatur, nisi ex linea etiam materna & sic ex utroq; parente nobilitatem suam demonstrare possit. *Bocer. tr. de Regalib. c. 2. n. 17.* licet Pontificem huic observantiæ contradixisse legamus *in c. venerabili pen. Extr de Præbend.* Sic in Silesia Jus & Judicium equestre vulgo Das Ritterrecht requirit: Daß ein Edelman vierschildig sey vnd beweisen könne/ daß er von vier Väterlichen vnd Mütterlichen Ahnen geboren vnd herkommen sey *Georg. Weentzkhy in tr.* von den Schlesischen Ritterrecht *pag. 39. & 40.* Verum hisce non obstantibus, certum tamen est & manet, majus & minus non constituere diversas species, nec statim correctum penitus & abrogatum esse jus generale, si in uno vel altero casu consuetudine vel expresso statuto aliud sit introductum, sed firmatam potius Regulam in casibus non exceptis, confer hac de quæstione *Bocer. d. c. 2. n. 14. 15. 16. & seqq. Schubhard de Austreg. c. 3. n. 14. & seqq. Jos. Nold. de Stat. nobil. c. 8. n. 59. Diß. Bertr. de Comit. membr. 3. th. 43.*

51. Tandem licet de Reservatis Imperatoris esse, nobilitare & plebejorum numero eximere, supra th. 45 dixerim, & solum Imperatorem in Imperio nostro nobiles facere posse, tamen ex speciali valde privilegio Archiducibus Austriæ non tantum in suo Ducatu, sed & in toto Imperio Nobiles imo Barones comitesq; creandi, famæ restituendi, spurios legitimandi jus competere, & Archiducatui Austriæ plenissimam libertatem veluti cordi & clypeo Romani Imperii concessam esse didici ex privilegio Friderici II. hanc in rem dato, ut videre est illud apud *Sebast. Münster 3. Cosmograph. c. 399. pag. 974. & 975. noviß. edit.* rectene nec ne, ultra privati hominis censuram esse percunctanti respondeo cum *Zach. Victor. de causa exempt. Imperi Concl. 13. in fin. ferè* superare vero hac in re Archiduces Austriæ ipso Electores, reliquosq; Imperii Principes cum *Rumelin part. 3. ad aur. bull. dissert. 3. th. 4. assero.*

Jus erigendi Academias.

52. Academiarum erectiones rem esse præclaram & verè regiam *Dn. Lindem. dissert. d. Academ. th. 25.* vel exinde satis constat quod in iis non modo sacra scriptura, justissimæ leges, Medicina salutaris & Philosophicæ disciplinæ publicè cuivis proponantur & tradantur *Bocer.*

d. c. 2.

d. c. 2. n. 121. verum etiam quod omnes illi, qui fiduciam habent studiorum suorum, sperantq; posse Remp. in partibus ejus, sibi credendis gubernari, summis ibidem dignitatibus & honoribus maximis solemniter decorentur, *Schonborn. lib. 5. polit. c. 17. in pr.* ut non immerito ad summa Regalia & Reservata Imperatoris referatur Jus erigendi Scholas publicas, quas Universitates seu Academias communiter appellamus *Bocer. d. c. 2 n. 121.* tantæ namq; dignitates à nemine alio, quam ab eo qui dignitatum fons & scaturigo est, promanare possunt, sc. ab Imperatore, qui solus ex plenitudine potestatis in Imperii salutem & utilitatem ejusmodi Scholas erigit, privilegiisq; ac immunitatibus exornat. *Zas. in Epit. feud. part. 5. n. 14. Sonsbeck. in consuetud. feudal. part. 8. n. 19. Obrecht disp. feud. 5. th. 184.*

53. Et quamvis sublime hoc Jus, Præsuli Romano nullo jure competiisse potuerit, attamen cum ab immemoriali tempore, ac Imperatorum conniventia jus Majestatis ille, & majorum Regalium sibi sumpserit, ideo & successores ipsius jus quoq; Academias erigendi, in hunc usq; diem sibi arrogarunt, prout & nostram hanc Academiam à Martino V. Pontifice institutam esse constat ex ipsa Bulla fundationis *Dn. Lindeman. dissert. de Academ. th. 32.* unde rectissime inferunt Dd. quod Academiæ & Universitates illæ, quæ Pontifices Romanos authores tantum privilegiorum suorum laudant, pro Academiis veris sint censendæ & Imperialibus Academiis æquivaleant *Joach. Cluten Syll. rer. quotid. concluſ. 21. lit. E.* Rejicienda verò illorum doctrina, qui pro Academiis non agnoscunt illas, quæ Pontificis confirmatione non sunt munitæ, præterquã enim, quod magna hac ratione florentissimis nonnullis Germaniæ Academiis injuria inferretur *Cluten. d. concluſ. lit. B.* nullo modo adduci possum, ut credam, tantum juris Pontifici super Imperatorẽ competere.

54. Electores autem Principes, reliquiq; status Imperii ædificare equidem & dotare Academias possunt, quod Germania nostra abundè satis testatur, verum ante confirmationẽ Imperatoris pro veris Academiis nõ sunt censendæ, nec Academiarum privilegiis & immutatibus fruuntur, nisi iis ab Imperatoribus illa ipsa sint concessa *arg. ordinat. Camer. part. 1. tit. 3. §.* Deßgleichẽ sollen die Besitzer/ ibi: In Universiteten welche zum wenigsten von vnsern Vorfahren Röm: Keysern vnd Köningen der jetzigen Keyserlichen Mayestet/ oder vns confirmiret. Nullis quoq; aliis quam Electoribus, Principibus & Statibus Imperii regulariter Academiarum jura conceduntur *Francisc. Pfeil 1. Consil. 182.* ut non frustra dixerit

dixerit Dn. *Lindem. d. dissert. de Academ. th. 45.* singulare valde esse ac notatu dignissimum, quod hæc nostra Civitas Jus Patronatus in Academiam sit consecuta, & eo ipso gloriari illam posse, quod omnibus Germaniæ Civitatibus mediatè Imperio subjectis longè antestet ac præcellat. vide quoq; Dn. Sturtz *in Orat. de laudib. Rostoch. quæ extat in Jubil. Acad. Rostoch.*

55. Nec erigunt tantum & confirmant Imperatores nostri Academias, sed & immunitates & summa privilegia iisdem conferunt & indulgent; de hisce autem omnibus hac vice differere, nec animus est, nec instituti ratio permittit, pauca solummodo attingam, quorum primum erit, quod Academiæ & Universitates nostræ à foro seculari exemptæ sint, & peculiari in suos cives gaudeant jurisdictione *Auth. Habita vers. veruntamen si litem C. Ne filius pro patre.* Coram itaq; Domino vel Magistro suo, vel ipsius Civitatis Episcopo quibus hanc jurisdictionem dedit Imperator conveniendi sunt omnes Academici *d. auth. habita vers. veruntamen* additâ pœnâ, ut qui ad alium Judicem eos trahere tentaverit, etiamsi causam habeat justissimam, à tali tamen conamine cadat *d. auth. habita in fin. C. ne filius pro patre.*

56. Sub voce verò Domini & Magistri, Professores & Præceptores, ni fallor, intelligere voluit Imperator, hosce namq; promiscue & recte Dominos vel Magistros appellari constat *ex l. qualem 19. §. 2. ff. de Recept. arbitr. l. Aquilius. 27. ff. de Donat.* & hisce jurisdictionē in Scholares suos per d. authent. tributam esse videmus, quod tamen inveteratâ omnium Academiarum consuetudine hodiè est immutatum, nam in horum locum ipsi Professores & Magistri Rectorem universitatis eligunt & constituunt, quem veluti Dominum & Magistratum ordinarium, omnes cives Academici non tantum agnoscere, sed & eidem se parituros jurato promittere coguntur *Dn. Lindem. d. dissert. de Academ. th. 109.* adeò ut nec ejus jurisdictionem quocunq; modo declinare, nec alium Magistratum eligere salva fide jurata possint. *Dn. Lindem. d. th. 109. per jura ibidem allegata.* Quemadmodum verò alias usu obtinet, ut is, qui jurat se legibus obtemperaturum, & non obtemperat, non sit perjurus, modo quoad pœnam obedire non recuset, ita Studiosus, qui forte leges Academiæ est transgressus, non statim periurus fit, si postmodum à Rectore citatus in pœna obtemperaverit, juramentum enim obligat ad legem, lex autem obligat vel ad obedientiam

tiam vel ad pœnam *ex Ethic. Philip. Melanchr. docet Carpz de Regalib. concluſ. 38. in fin.*

57. Gaudent quoq; Academiæ noſtræ beneficio & facultate Doctores, Licentiatos, Magiſtros & Baccalaureos creandi, quod Jus certe ſublime valde eſt, & ad majora pertinere dicitur Regalia *Cluten. Syll. rer. quotid. concluſ. 21. lit. f. Carpz. de Regalib. concluſ. 28. in pr.* cum enim ſingulis locis & civitatibus ipſi adeſſe non poſſint Imperatores *l. Magiſtros 7. C. de Profeſſorib. & Medic.* Academiis vel earundem Cancellariis ex plenitudine poteſtatis facultatem conceſſere, ut dignitates haſce conferrent iis, qui communi ſuffragio & collegii requiſiti voto propter eruditionem & vitæ innocentiam ſint adprobati *d. l. Magiſtros C. de Profeſſ. & Medic.* Verum cum hac in re omnes Academiæ eodem & pari jure ſemper cenſeri nequeant, diligenter attendendæ veniunt fundationum ſive Erectionum Bullæ. Sic ab initio noſtra hæc Balthici littoris Sarepta Theologiæ Doctores non procreabat, conſtat enim ex Bulla erectionis Martini V. quod equidem hic in Facultate qualibet, præterquam tamen Theologiæ generale debuit eſſe Studium, & quod authore Eugenio Pontifice Facultas Theologica demum fuerit inſtituta & erecta & in hunc modum An. 1560. ab Imperatore Ferdinando I. confirmata ita ut valeant Profeſſores & Doctores in omnibus Facultatibus videlicet in ſacra Theologia, in utroq; jure tam Canonico quam civili, in artibus & Medicina nec non in Philoſophia & quibuscunq; ſcientiis legere, & lectiones, diſputationes & repetitiones publicas facere, & concluſiones palam ſuſtinere ac præfatas ſcientias docere, interpretari, gloſſare & dilucidare, omnesq; actus Scholaſticos exercere, eo cum ordine & ritu, qui in exteris Univerſitatibus obſervari ſolet, ut habent verba ipſius Imperatoris Ferdinandi I. *in confirm. Academ. Roſtoch.*

58. Dignis tamen conferri tantum debent inſignia hæc & honores Doctoratus, eſt enim de ſubſtantia Doctoris promoti ſcientia, ut ſecundum gloſ. *in c. 2. Clement. de Magiſtr. & ne aliquid exigatur pro licentia docend.* crudeliter peccet, accipiens gradum Doctoratus indigne & *Sichard. in l. ſi Rufinus n. 13. C. de Teſtam. milit. ex Johan. Andr. in addit ad Speculat. tit. de Homicid. §. 1.* referat: Doctores creatos, ſi poſtea inveniantur illi minus idonei, poſſe rejici, non obſtante creatione. Hinc Icti noſtri anxii quodammodo ſunt de tempore, intra quod, Candidatis Juris privilegia, hæc Doctoratus dignè tribui poſſunt; Nonnulli volunt, ut

iis demum digne tribuantur, qui quinquennium in Scholis jura addiscendo consumpserint, idq; ex mente Justiniani in §. *quibus si bene Constit. de ration. & method. jur. docend.* Alii ante decimum hujus studii annum privilegia Doctorum haud dignè tribui posse putarunt; Ast quicquid sit, quinquennio certè longius vel brevius tempus mores Academici non desiderant, modo Candidatus ita se eruditum ostenderit, ut dignus Doctoris titulo comprobetur, quisquis enim docere vult, non repente nec temere (inquit Imperator Constantinus) prosiliat ad hoc munus, sed Judicio ordinis probatus, decretum curialium mereatur, optimorum conspirante consensu *l. Magistros 7. C. de Profess. & Med.*

59. Creantur quoq; in Academiis nostris Licentiati, qui ex eo ita dicti videntur, quod licentiam habeant Doctorandi, quando velint, unde etiam rectè illos pro Doctoribus haberi, maximè in causis & actibus favorabilibus ex generali consuetudine annotavit *Matth. Stephani de Jurisd. lib. 3. p. 2. c. 14. n. 89. Ruland. de commiss. part. 1. lib. 1. c. 14. n. 11. Josias Nold. tr. de Stat. nobil. c. 5. n. 37. in pr.* Quæritur autem, an ad gradum & titulum Licentiati, consequendum requiratur solemnis actus promotionis, ita ut solemnitates quoq; quæ, in promotionibus Doctorum adhiberi solent, requirantur? Et sunt nonnulli qui istas solemnitates requirunt omnes, excepta impositione pilei; Alii verò nudam renuntiationem sufficere asserunt; Verum mores & consuetudinem cujusvis Academiæ hic attendendam censeo, quid enim in unaquaq; Universitate quoad hunc casum observetur, usus docebit & experientia quotidiana. Notant etiam alias Dd. quod Licentiatus prius graduatus, præferatur Doctori, quando ipse Licentiatus postea laurea Doctoris fuerit insignitus *Jos. Nold. d. c. 5. n. 41. in fin. ferè cum multis ibidem allegatis.*

60. Creari quoq; in Academiis Magistros dixi, quod vocabulum licet æquivocum valdè sit & 1. in genere significet omnes illos, qui in arte seu scientia, aliave quadam re honesta & licita non tantum excellunt, *ut Quintil. Eloquentiæ Magistrum & Cic. Stylum optimum dicendi Magistrum dixere*; verum etiam, qui sceleris & nequitiæ artifices esse possunt, *ut Seneca: sæpè in Magistrum scelera redeunt sua.* 2. illos quoq; denotet, qui certo alicui rei, tanquam Inspectores & Reformatores præpositi sunt, *ut Magistrum ludi, Magistrum Equitum, Magistrum morum dicimus.* 3. Pro Præceptoribus Doctoribus & omnibus iis qui publicè & privatim docendi munere funguntur, accipiatur. uti videre est ex *l. Aquilius 27. ff.*

de

de Donat. & l. qualem 19. §. 2. ff. de Recept. arbitr. Attamen in specie magis Philosophis competere, & in illorum Facultate supremum gradum esse Magisterium, nemo adeo hospes est in re literaria qui nesciat. Et hoc modo posteriori intelligi volo, quod dixi, creari in Academias Magistros; Conferuntur enim Candidatis Philosophiæ, supremi in Philosophia honores & quidem non sine magnis solemnitatibus, adhibentur, namq; omnes ferè ritus, quos adhiberi videmus in Promotionib. Doctorum, præterquam quod accensarum tædarum præsentia non cohonestentur.

61. Restat ultimus seu infimus omnium honorum Academicorum gradus Baccalaureatus sc. à lauri bacca ita dictus, quem qui assumunt, Baccalaureos appellare solemus, idq; exinde quod veteres corollas laureas in hoc ritu usurpasse, iisq; tempora & capita Candidatorum ornasse fertur; ut ostenderent jam propemodum, post tot exantlatos labores, victoriam imminere. More sumpto, ni fallor, à Romanis, apud illos enim si quis rem benè gesserat in bello, & redierat, solebant hunc vel triumpho excipere, si ea quæ gesserat triumpho digna erant, vel oratione & minoribus triumphis honestabant, si rem triumpho dignam, non peregerat. *Alex ab Alex 6. gen. dier. 17. in pr.* Adhibebant autem semper laurum, nam si quis triumphans redierat, is equidem coronam lauream non ipse gestabat, sed sevum in eodem curru, supra illius verticem illam tenentem, post se habuisse tradit idem *Alex ab Alex 6. gen. dier. 6. pag. mihi 333.* & Marcum Crassum ex consulto Senatus, lauro coronatum, ovasse author est idem *Alex. ab Alex 6. gen. dier. 17. in fin fere*. Laurum autem ideò adhibebant, vel quod spectatissimo in monte Parnasso, vel quod fulmine afflari nunquam compertum sit, ut iterum testatur *Alex. ab Alex. 6. gen. dier. 6. pag. mihi 333.*

Jus extremæ provocationis.

62. Inter summa Regalia refertur tandem & Jus ita pronuntiandi, ne à sententia lata appellari possit *Arnisæ. de jure Majest. lib. 2. c. 4. n. 3. Besold. lib. 1. polit. c. 4. n. 20. & seqq. Carpz. de Regalib. th. 36. Bodin. de Repub. lib. 1. c. 10. n. 160. vers. sequitur quartum caput Majestatis* & hoc jus in Imperio nostro Romano soli Imperatori proprio jure competere, & Majestatis ita proprium esse, ut ab ea avelli non possit, testantur *Arnisæ. d. c. 4. n. 3. Arum. discur. ad aur. bull. 5. th. 13.* Hinc Princeps, summus quoq; judex dicitur, & claudere jura manu, ut Poëta canit:

Ut præsens, quasi maximus omnia Judex
Claudere jura manu, cunctasq; recidere lites
Debeat, atq; omnis Judex, omnisq; potestas,
Atq; Magistratus, ipso præsente quiescat.

Et non tantum ab Imperatoris, ut dixi, Judicio provocatio ulla conceditur, verum & Imperator ita Judicem dare potest, ne ab eo appelletur, sed remotâ appellatione, sententia statim executioni mandetur *l. 1. §. interdum 4. ff. à quib. appell. non licet.* Sic Divus Adrianus senatum extra provocationem judicare jussit *d. l. 1. §. sciendum 2. à quib. appell. non licet* quod Privilegium & Præfectis Prætorio competiisse constat, *ex l. unic. §. his cunabulis 1. ff. de off. præf. prætor.* Electoribus quoq; nostris & ab Imperatoribus privilegium hoc concessum esse innuit *A. B. Carol. IV. c. 11.* licet Ecclesiastici & Palatinus illud jam pridem neglexerint, Saxonici autem & Rex Bohemiæ in hunc usq; diem soli cōstanter retinuerint, & Brandeburgicus Elector, non ita dudum per cōcessionē Imperatoris Rudolphi II. vicissim recuperaverit. *Heig. part. 1. quæst. 4. n. 32. Knich. de Saxon. non provoc. jur. verb. Jus c. 2. n. 32. Buxtorff. dissert. ad aur. bull. conclus. 94 lit. E Arum. de discur. 5. th. 13. in fin. Dn. Reinkink de Regim. secul. & Ecclesiast. lib. 1. class. 4. c. 6. n. 3. Michael* Schiferer *de origin. & potest. Elector. conclus. 70.* Sic Archiduces Austriæ, inter cætera ab Imperatoribus nostris impetrata privilegia & hoc habent, daß von jhnen an einen Römischen Keyser vnd König noch an des Reichs Cammergericht/ oder ander Gericht/ nicht appelliret suppliciret/ noch redimiret werden kan/ item daß sie vmb keiner Sachen schuldig seyn für den Reich zu Rath zu stehen/ sie wollen denn gerne. Schiferer *de origin. & potest. electori. conclus. 73.*

63. Utrum verò ab Imperatore malè informato ad melius informandum appellatio detur, non usquequaq; est expeditum? Affirmant hoc *Dauth. de Testament. n. 36. pag. mihi 37. in fin. & Besold. lib. 1. polit. c. 4. n. 20.* per textum in *l. 1. in pr. vers. quid ergò, ibi: quia non adversus Principem ff. Quand. appelland sit.* Sic Illustrissimos, Principes, Duces Lunæburgicos Henricum & Guilhelmum in causa inter ipsos ab una & Civitates Hamburgensem & Magdeburgensem ab altera parte vertente An. 1596. mense Augusto à Cæsare malè informato, ad eius Majestatem melius informandam provocasse, author est *Dauth. d. pag. 37. in fin.* Verum quicquid sit, vix puto appellationem hanc esse vel propriè dici posse,

cum

cum omnis appellatio debeat fieri de inferiori ad superiorem *arg. l. Imperatores 21. ff. de appellationib.* & sic gradatim nunquam verò de uno ad eundem *arg. c. dilecti 66. Extr. de appellat.* idq; de forma dicitur esse appellationis *Wesenb. in tit. ff. de appellat. & relat. n. 9.* Accedit quod simpliciter dicatur in *l. 1. in pr. ff. à quib. appell. non licet.* Stultum est illud admonere, à Principe appellare fas non esse. Et absurdi sane, meo judicio sunt, qui asserunt qualitatem illam informationis aliam atq; aliam personam constituere, ut enim informationi ejusmodi tanta vis & efficacia inesse nequit, ita etiam nemo ad seipsum Inhibitionem decernere, seq; ad Acta integre edenda compellere potest, quod tamen in appellationibus fieri omnino necesse est. Si itaq; formula hæc in Judiciis jam olim fuit recepta, ut Dauth. illud ipsum præjudiciis nonnullis probare conatur loco præallegato, tunc sciendum, eam equidem admitti posse, non tamen in modum appellationis, sed potius per viam regressus & supplicationis, dum ipsius Cæsaris benignitatem imploramus, ut attentius & plenius negotium cognoscere & perpendere velit, in quem sensum etiã accipienda existimo illa quæ *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 10. n. 163. in fin.* tradit Græcum quondam Machætam nomine à Rege Macedoniæ malè consulto ad eundem benè consultum provocasse & Ludovicum Burboniũ Principem Condæum simili genere provocandi usum fuisse à sententia Francisci II. Regis Galliæ.

64. Annon itaq; à Sacra Cæsarea Majestate datur appellatio ad ordines totius Imperii? N. Jus enim extremæ Provocationis penes Imperatorem esse, jam ante demonstravi, & fraude capitali teneri Germanos si qui scientes à summo Principe provocarint author est *Bodin. lib. 1. de Rep. cap. 10. n. 165. Rumelin. part. 2. ad aur. bull. differ. 2. Coroll. 1. Dn. Reinkine de regim. sec. & Eccles. lib. 1. class. 2. c. 2.* Sic erroneam & illorum judicio sententiam, qui ab Imperatore ad Papam appellari posse contendunt, præterquam enim quod ipsi Canones negent, à Civili Judice, qui de temporali Jurisdictione Ecclesiæ non est, appellari ad Papam *c. si duobus 8. §. denig; Extr. de Appellat.* expresse quoq; cautum est in *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 7.* quod causæ seculares extra Imperium Romanum non sint trahendæ, ideoq; consuetudo multis in locis sub prætextu, ut inquit *Thom. Michael. de Jurisdict. Cæsar. conclus. 43. lit. D.*, prorogationis recepta, ut in profanis Papa appelletur, corruptelæ nomine potius digna est *per not. Minsing. 1. Observat. 14.* Et licet Dd. sta-

mant, quod quoties Imperator manifestè injustam sententiam pronuntiaverit, toties ab ipso ad Papam posse appellari, cum hic Imperatoris, omniumq; superiorem non recognoscentium ratione injustitiæ & peccati competens Judex sit *Franc. ad Rubr. de Appellat. collat. 6. vers. sed limita omnia Marant. de ordin. Judic. part. 6. in mat. appellat. n. 276* neminem tamen in Germania comperimus inquit *Dauth. de Testament. n. 36. pag. mihi 37.* qui hoc remedio usus esset, & forsan in omnem æternitatem non reperietur, qui tale aliquid tentarurus sit. Distinctionem etiam istam, inter causas spirituales seu Ecclesiasticas & seculares, Potestantium intuitui, in Imperio nostro cum cessare jam fecit, aurea illa de pace Religionis Constitutio in Comitiis Augustanis An. 1555. facta & promulgata, ubi sub. §. Damit auch obberürte beyderseits Religionsverwandte/ etc. Hæc habentur verba: Es soll die Geistliche Jurisdiction wider der Augspurgischen Confession, Religion/ Glauben/ bestellung deren Ministerien, Kirchengebreuche/ Ordnung vnd Ceremonien so sie auffgerichtet oder auffrichten möchten/ biß zu entlicher Vergleichung der Religion nicht exerciret gebrauchet oder geübet werden &c. & paulò post: Es soll biß zu entlicher Christlicher Vergleichung der Religion die Geistliche Jurisdiction ruhen/ eingestellet vnd suspendiret seyn vnd bleiben &c. sequitur quoq;, quod nec in causis Spiritualibus, Protestantes Imperii nostri Status, ad Pontificis tribunal rectè hodiè appellent.

65. Quid verò de appellatione, quæ ad Dei tribunal fieri solet, sentiendum quæritur? Et sanè ut dolenda maximopere pernicioſa nostrorum hominum appellandi temeritas, dum immortales facere lites studeant, & appellationes non ad innocentiæ præsidium, sed requisitæ suæ & malitiæ defensionem introductas esse existiment, ita & execranda videtur, nimis temeraria illorum audacia, qui hujus seculi litigia, ad alterum propagare seculum, suosq; collitigatores ad Tribanal Dei citare non verentur *Rumelin. part. 2. ad A. B. dissert. 2. coroll. 2.* quis enim nescit multa piis etiam, non instinctu divino, sed de sua voluntate excidere? annon ergò multò magis impii & malevoli homines, vel vitæ amore, vel vindictæ cupiditate vel singulari etiam pertinacia adducti, talia tentare, & frequenter satis ad tribunal Dei appellare poterunt? unde rectissime dixit *Christian. Herold in dissert. de Provocat. ad vall. Josaph.* Citationibus hujusmodi magis tentari Deum, quam voluntatem ejus explorari, illasq; nullo legitimo usu, sed vulgi superstitioſa observatione introductas esse. Poterunt

runt itaq; cordati Judices, qui de vita aut fama alicujus justam & jure ac æquitate firmatam sententiam pronuntiarunt, citationes ejusmodi & qualcunq; devotiones securè contemnere, sententiam suam executioni mandare, & præmium administratæ justitiæ, non pœnam à Deo ter Opt. Max. expectare, cum nulla gratior victima Deo immolari possit quam homo nocens.

66. Ergone prorsus illicita est talis Provocatio, etiam tunc, quando Princeps vel odio, vel errore aut falso testimonio persuasus ad ultimum supplicium aliquem condemnat? Non puto; si enim citra vindictæ cupiditatem, citra impatientiam, superstitionem, iram, vel aliam vitiosam quandam passionem Deo quis causam commendat, ipsi vindictam tribuit, & pio animo futuram pœnam hosti denuntiet, licite non modò ejusmodi provocationem seu citationem fieri posse existimo, sed à Deo quoq; justissimo & omnium rerum gnaro Judice illam aliquoties receptam fuisse, paucis sed miris tamen Politicorum & fide dignorum Historicorum exemplis demonstrabo: Primo sanctorum habemus hominum voces, qui Dei Judicium in rebus controversis aut injuriis ipsis illatis sæpius adhibuere; Sic David ad Saulem dixit: Judicet Dominus inter me & te, & ulciscatur me Dominus ex te *1. Sam. 24. vers. 13. & c. 26. vers. 27.* Martyrum ille quintus Macchabæorum ad Antiochum: Expecta aliquantisper & magnam videbis Dei potentiam, qualiter te & semen tuum torquebit *2. Macchab 7. vers. 18.* Deinde citationes & devotiones hujusmodi nec irritas semper fuisse vel inanes, sequentia comprobant exempla: Ferdinandus IV. Hispaniæ Rex à duobus viris nobilibus quas ex falsa delatione & invidia tanquã perduellionis Reos condemnaverat, & ex altissima turri præcipites dari jusserat, ad tribunal Dei citatus, trigesimo, quo comparere admonitus erat, die obdormiens in Fata concessit *Fulgos lib. 1. c. 6. Vent. de Valent. in parthen. litigios. l. 1. c. 1. n. 38. Camerar. 3. horar. succes. 38.* Apud Vestrogothos Satrapa quidam severius magis quam æquius regnicolam capite plecti jussit, genibus itaq; subnixus miser ille homo in hunc modum satrapæ valedixit: *En morior, morior injustè judicatus, te voco hac ipsa hora ante tribunal Dei, ut respondeas, cur me condemnes innocentem* & huic voto pondus inesse voluit Deus, cadente namque sub gladio regnicola, ab equo statim excidit alter, & illum quem iniquè hic condemnaverat, eo, unde negant redire quemquam, est secutus.

Olaus

Contenta.

(1) (2) (3) (4) (5)

Olaum Magn. histor. de gentib. septentr. lib 2. c. 20. Plura si quis scire desiderat exempla, consulere potest Christian. Herold. d. dissert. de Provoc. ad vall. Joseph. ubi varia variis ex Historicis cumulavit.

67. Finem tandem huic disputationi imponet quæstio illa: An statuto introduci possit, ne appelletur ad superiorem? Et negativa videtur verior, quæ etiam in Camera Imperiali est recepta teste Minsing. 1. Observat. 14. Provocatio enim ut defensionis species, qua gravatis adversus sententiæ iniquitatem succurritur, & quæ ceu Theriaca, contra malè judicantium venenum adhibetur Andr. Knich. de Sax. non provoc. jur. verb. Jus cap. 2. n. 53. & seqq. regulariter nemini est deneganda multoq; minus tollenda arg. c. cum speciali 61. §. porro commonito Extr de Appellat. Actor. c. 25. vers. 11. & c. 28. vers. 19. Rumelin. part. 2. ad aur. bull. dissert. 2. th. 1. accedit quod inferiori haut licitum sit falcem mittere in jus seu interesse superioris arg. l. minor autem Magistratus 18. in pr. ff. de Minorib. l. 3. in pr. ff. de alienat. judic. mutand ea. Et ea quæ Principi reservata sunt ab inferiori attingi nec debent, nec absq; crimine læsæ Majestatis possunt. l. 3. in fin. ff. ad L. Jul. Majest. Gail. 1. Observat. 72. n. 3. & Observat. 135. n. 12. Pactum tamē de non appellando inter litigantes initum vires habere receptum est, l. fin. §. fin. C. de tempor. & reparat appellat, non enim directo tangit jus superioris, nec appellationes prorsus tollit, sed paciscentes per hoc tantum juri suo quodammodo renuntiasse videntur, Minsing. d. Observat. 14. Andr. Knich. de Sax non provocand. jure verb. Jus c. 2. n. 74. & seqq. Bruning. de var. univers. specieb. conclus. 56.

§(O)§

DISPUTATIO II.

Exhibens

Reliqua Regalium majorum Genera.

Respondente

JACOBO CONRADO Labun.

DIscussis in præcedenti Disputatione maxima ex parte Regalibus majoribus & Reservatis, non abs re me facturum existimo, si illorum reliqua, quæ adhuc superesse videntur, inpræsentiarum adjiciã, & communicabilia, ut vocantur, sequenti reservem disputationi, offert autem sese primo loco,

Jus creandi Comites Palatinos.

1. Comites Palatini, de quibus hic agitur, germanè des Heilgen Römischen Reiches Hove Graven appellantur, teste *Schonborn. lib. 5. polit. c. 15. in fin.* & longè differunt à veris istis Comitibus, de quibus actum est supra *th. 41. disputationũ præcedentiũ*; nam illorum respectu, hi abusivè solummodo & improprie Comites appellantur, & comitatu carent, sie werden mit keiner Graffschafft vom Römischen Keyser belehnet / sed nomine saltem & vice Imperatoris, cum omnibus locis ipse adesse non possit *l. Magistros 7. C. de Professorib. & Medic.* actus nonnullos expediunt, qui ab Imperatore ipso, tanquam reservata ipsius, alias essent expediundi. Unde constat, fuisse illos semper, & adhuc esse in magno honore & dignitate collocatos, & posse hunc honorẽ à nemine, nisi à solo Imperatore conferri, ut non immerito inter majora regalia & reservata Principis referatur potestas creandi comites Palatinos. *Bocer. tr. de Regalib. c. 2. n. 246.* Quæ autem Comitibus hisce concessa sunt, ex tenore privilegii dependent, nonnullis enim potestas tantum data est, Notarios vel Tabelliones creandi, spurios & naturales legitimandi, nonnullis insuper etiam Doctores, Licentiatos, Magistros, Baccalaureos & Poëtas faciendi, aliis adhuc famæ restituendi, aliis plura, aliis etiam pauciora videmus concessa. An verò & nobilitare aliquem possit Comes Palatinus, quærunt Interpretes? Si in specie, hoc privilegium ipsi ab Imperatore est concessum, affirmare hoc possumus cum *Lancell. templ. omn. Judic. lib. 1. c. 1. Panrmest. de Jurisdict. lib. 2. c. 3. n. 27.* Verum cum

tales unquam extitisse nobis non constet, inquit *Josias Nold. tr. de Stat. Nobil. c. 2. in fin.* malumus impræsentiarum de eo nihil, quam θαύματα ῥημάτων comminisci.

2. Privilegia verò illorum strictè esse accipienda docent Interpretes, *arg. c. porro Extr. de Privileg*: Hinc, licet legitimare poterit Imperator liberos, quorum mater adhuc superstes, & cum qua pater legitimè matrimonium contrahere potest, & sic defectum hunc, adjecta saltem clausula derogatoria: non obstante sc. quod eorum matrem pater commode in uxorem accipere possit, expresse tollere, Comitè tamen Palatinum, utcunq; etiam generalem legitimandi potestatem is habeat, illud non posse assero, nisi & hoc ei privilegio nuncupatim concessum sit *Barthol. Cæpoll. cautel. 223. Gail. 2. Observat. 142. n. 3.* Hinc etiam diligenter animadvertendum, an ipsi tantum concessa sit potestas dispensandi, an verò & legitimandi, aliud enim est legitimare, aliud dispensare; Nam Legitimatio est, quoties persona generaliter & absolutè habilitatur & natalibus ingenuitatiq; plenè restituitur, ita ut omnis macula tollatur perinde ac si de legitimo matrimonio natus esset, *Gail. 2. Observat. 40. n. 3. vide tamen infra th.* Dispensatio verò est, quādo saltē ad actus quosdam fit legitimatio, veluti quoad successionem tantum vel quoad honores & dignitates, non obstante defectu natalium, & tunc in casu saltem dispensationis pro legitime nato habetur, ultra illum verò minimè fit extensio *Gail. 2. Observ. 142. n. 17.*

3. Creare etiam solent Comites Palatini Doctores quos Bullatos appellant Interpretes, de hisce autem quæritur, an iisdem frui debeant privilegiis cum Doctoribus in Academiis solemniter promotis? & negant hoc *Matth. Coler. de proceß. execut. part. 2. c. 3. n. 129. Rutg. Ruland. part. 2. de Commiß. lib. 1 c. 14. n. 8.* Affirmant è contra *Matth. Stephan. lib. 2. de Iurisd. part. 1. c. 6. n. 9. Dn. Arum. discurs. 1 ad A. B. th. 5. Treutl. vol. 1. diß. 1. th. 7. lit. A.* modo prævio examine & duobus ad minimum vel tribus adjunctis Doctoribus à Comite Palatino renuncientur. Alii inter quos est *Iosias Nold. de Stat. nobil. c. 5. n. 41.* ajunt: posse equidem Bullatum hunc, Doctorum beneficiis frui, veruntamen promotum in Academia esse præferendum. Ego sanè ut in hoc Dd. conflictu uni parti adhæream, facio simpliciter cum affirmantibus, adeò ut nec majorem dignitatem, seu præferentiam quandam Doctoribus in Academiis promotis de jure concedere possim, nisi per longam & inveteratam consvetudi-

fvetudinem vel per expressam legem in uno vel altero casu hanc sibi acquisiverint; nō enim hic spectanda persona quæ confert haſce dignitates, quam cujus nomine & jussu illiæ conferuntur, & quis dubitat Imperatorem ipsum, æquè per Comitem Palatinum quam per Decanum Facultatis alicujus in Academiis Doctores creare, juxta vulgare illud. Quod quis per alium facit, per seipsum fecisse videtur. Accedit quod conferentes hoc in casu, non propria sed ejus utantur potestate, qui mandavit, proprium enim nihil habent, inquit Ict. in *l. 1. §. qui mandatam 1. ff. de off. ejus cui mand. est juris.* ut ita nec prælationem quandā seu majorem dignitatem ex persona conferentis hi vel illi prætendere possint.

Jus nova vectigalia erigendi.

4. Aliud est nova vectigalia instituere vel erigere, aliud jam instituta exigere, utrumq; Regale est, sed illud ad majora pertinet & Reservata Principis *l. vectigalia 10. ff. de Publican. & vectigal.* hoc ad minora, quæ Fiscum potissimum concernere dicuntur, *c. unic. Quæ sint Regaliæ*, & hoc posteriori demum sensu, Fridericum Imperatorem in d. c. unic. inter Regalia collocasse vectigalia, planè mihi persuasum habeo, per ea quæ dixi *disp. præced. th. 12.* Secus prout statuit *Henr. Klock discept. de jure vectig. conclus. 8. lit. A.* Verum de jure exigendi, suo loco pluribus, cum bono Deo, dicetur, hac vice tantum de potestate instituendi seu erigendi pauca sum prolaturus. Sciendum autem in Romana Repub. & quidem sub Consulibus, potuisse Ædiles, exhausto atq; inopi Ærario, nova vectigalia instituere, quo Reipub. oneribus consulebatur *Alex. ab Alexandr. 4. gen. dier. 4. in fin.* imo & Censores vectigalia ac portoria nova statuere, vetera exigenda mandare, illaq; publicanis & Conductoribus locare potuisse, author est idem *Alex ab Alex 3 gen. dier. 13. pag. mihi 145.* translata verò omni potestate in Principem, facultatem quoq; hanc in illum transiisse constat ex *d. l. vectigalia 10. ff. de Publican. & vectigal. l. 3. C. vectigal. nova instit. non poss. c. innovamus 10. Extr. de Censib. Exactionib. & Procurat.* ut non frustra hoc jus ad majora Regalia & Reservata Principis referant Dd. *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 10. n. 169. vers. jus autem vectigalia. Clapmar de arcan. Imp. lib. 1. c. 21 in pr. Andr. Knich. de Sax. non provocand. Jure, verb. Ducum c. 5. n. 60. 61. & seq. Carpz. de Regalib. th. 41.* Solus enim Imperator est, qui vectigalia in Im-

perio erigit, instituit ac aliis Principibus & Statibus concedit *per jura jam allegata* imo qui vectigalia vetera auget & reformat. *l. 4. C. nov. vectigal. instit. non poss. l. vectigalia 10. ff. de Publican. & vectigal Recess. Imper. de An. 1576. §.* Weiter sind wir auch glaubhafftig etc. *ibi:* weil auch das alles zu vnser Keys. sonderen Hoheit vnd *reservaten* gehöret/ *Andr. Knich. d. c. 5. n. 64. Henr. Klock de jure vectigal. conclus. 8. lit. C.* non tamen temerè, sed justa ex causa, puta si adeo tenuis est Respub. vel Civitas, ut extraordinario auxilio juvari debeat *l. 1. C. Nova vectigal. instit non pos.* Et tradunt Dd. Civitatem vel Rempub. nova vectigalia ab Imperatore impetrantem, non solum causas petitionis allegare & supplici libello inserere *arg. d l. 1. Azo in summ. C. nov. vectigal. instit. non pos. n. 2.* sed & insuper demonstrare debere, locum istum alias nullis gravatum esse vectigalibus *Bocer. de Regalib. c. 2. n. 188.* alioquin privilegium illud præsumitur per sub & obreptionem impetratum *Minsing. 5. Obser. 31.* conjectura enim est, Principem si alia onera sciviſſet, non facilè fuisse concessurum novum vectigal. *Speid. in not. ad dissert. 8. Rumelin. ad aur. bul. th. 20. lit. A.* De pœna verò quæ constituta est adversus illos, qui vel propria authoritate vectigalia instituunt, vel circa illorum exactionem delinquunt, *vide Bocer. d. c. n. 185. & 186. Rumelin. di. diss. 8. ad aur. bull. th. 25. part. 1. Minsing. 5. Observ. 29. n. 3. 4. & 5. Becht de securit. & salv. conduct. c. 3. n. 59.*

5. Adhibet etiam hodie Imperator, quoties de novis vectigalibus instituendis agitur, in consilium, Principes Electores, idq; vi Capitulationis Cæsareæ, qua promittit: nolle se vel nova vectigalia instituere, vel vetera augere, absq; Principum Electorum voluntate & consilio, verba sic habent: Wir sollen vñ wollen auch insonderheit/ dieweil Deutsche Nation vnd das Heilige Römische Reiche zu Wasser vnd zu Lande zun höhesten vor damit beschweret/ nun hinfüro keinen Zoll von newen geben/ noch einigen alten erhöhen/ ohn besonder Rath wissen vnd zulassen der Sechs Churfürsten *Capitul. Carol. V. apud. Goldast.* Reichssatzungen *p. 2. pag. 183.* & in *Capitulat. Ferdin. II. artic. 20.* hæc leguntur verba: Vnd da jemand bey vns vmb newe Zollbegnadegung / vnd erhöhung der alten vorerlangten Zoll suppliciren vnd anlangen würde / so sollen vnd wollen wir ihme einige Vertröstung/ promotorial, vnd vorbittliche Schreiben an die Churfürsten nicht geben oder außgehen lassen. Ad hujus autem promissionis observantiam, maximè cum vim Contractus illa habeat, tam juris ratione, quam juramenti religione obligari imperatorem

ratorem testantur *Gail. 1. Observ. 41. n. 4. Roland. à Val. cons. 62. n. 5. vol. 2. & alii ab his. allegati.* Non tamen sequitur ex hisce: Jus erigendi nova vectigalia Electoribus communicatum esse, ita ut & illi authoritate sua propria, vectigalia erigere & instituere possent; nam Imperator supremam hac in re potestatem sibi semper reservat, adhibito tantum consensu Electorum, facit text. in Recess. Imper. de An. 1576. §. Weiters ibi: sondern weil auch das alles zu vnser Keyserl. Mayst. besondern (nota particulam exclusivam) Hoheit vnd reservaten, so wol auch zu vnser Keyserl. vnd der Churfürsten reputation veracht vnd schmelerung de facto durchbracht werden will. *Sixtin. de Regalib. lib. 1. c. 2. n. 43. & seqq.* An verò præcisè omnium Electorum consensus requiratur, vel majoris partis sufficiat, quæri potest propter verba in Capitulatione apposita mit Rath wissen vnd zulassen der Sechs Churfürsten? uno enim dissentiente, vix dici potest, intervenisse consensum sex Electorum prout argumentatur *Steph Gratian. decision. 183. n. 13.* Sed posterius verius videtur, requiritur enim consensus sex P P. EL. non ut singulorum, sed ut corporis & Collegii alicujus, cum omnia ferè Electores in publicum collegialiter peragant, ut exemplum habemus in Electione novi Imperatoris *Buxtorff. dissert. ad aur. bull. conclus. 35.* jam verò juris est expediti, quod in actibus collegiorum & universitatis etiam id, quod major pars effecit, pro eo habeatur, ac si omnes egerint. *l. quod major 19. ff. ad municipial. l. nominationum 45. C. de Decurionib. ubi Gothofr. in not.* verificari namq; omnium consensum in majori parte pl. docet *Gratian. d. decis. 183. n. 11. 25. & seqq.*

Potestas concedendi jura Civitatis.

6. Sic majoribus quoq; Regalibus annumerare fas est, potestatem Jus Civitatis tribuendi, Ieti vocant: spiritum & vitam dandi civitatibus Stadt Recht geben *arg. l. unic. C. de Metropol. Beryt lib. 11. Boer. de Regalib. d. c. 2. n. 237. Thom. Michael. de SS. Cæsar. Majest. Cam. ac Stat. Jurisd. Conclus 12. lit. C. Rumelin. ad aur. bull. part. 3 diss 3. th. 17. Clapm. de arcan. Imp. lib. 1. c. 21 in fin.* quæ potestas penes solum est Imperatorem, adeo ut si quis absq; Cæsaris consensu, ad minimum tacito, Civitatem constitueret, ea nec Civitas, nec Jura Civitatis habere intelligatur *Lancell. in templ. omn. Judic. lib. 3. c. 1 §. 1. verb. civitatem concedit.* Hinc Maximilianus Imperator cum An. 1514. Albertus Comes Mansfeldensis vico cuidam propè Islebiam Spiritum & vitam, seu quod idem est Jus Civitatis

concedere voluerat, mandato prohibitorio illud fieri prohibuit, his verbis: Wann nun dir noch jemand anders nicht geziemet Stadt-Recht/ oder anders das der hohen Obrigkeit anhanget/ ohn sonder Erlaubniß anzurichten/ so empfehlen etc. *referente Thom. Michael dict. concluſ. 12. Laurent. Ohm de Iure Epiſcopal. concluſ. 13. lit. C. Henr. Bruning. de Var. univerſ. ſpecieb. concluſ. 13. lit. A.*

7. Sequitur itaq; ex hiſce I. non facilè faciendum eſſe cum illis, qui aſſerunt: Hodie & Principes territoriorum hoc Jus ſibi vindicare, ejusq; rei præjudicia complura extare *Dn. Lindem. Exercit feudal. 2. c. 3. th. 31.* niſi & nobis de præjudiciis iſtis exacte conſtet, maximè cum certum ſit & non dubium, ut loquitur *Dauth. de Teſtam. n. 36. pag. mihi 37. in pr.* quod ad extruendas novas civitates jura noſtra, & potiſſimum Saxonica Sacræ Cæſareæ Majeſtatis authoritatem requirant. II. Epiſcopum ad Conſtitutionem Civitatis alicujus nihil facere per tex. expreſſum *in c. Epiſcopi c. illud ſanè diſtinction. 80. c. 1. Extr. de Privileg. & Exceß. privileg. Henric. Brunig. de var. univerſ. ſpecieb. concluſ. 13. lit. B.* Quid autem ſibi velit, quod dicitur in *l. unaquæq; 36. C. de Epiſcop. & Cleric.* hiſce verbis: Unaquæq; Civitas proprium Epiſcopum habeto, quæritur? & reſpondeo illud vel 1. accipiendum eſſe de majoribus ſaltem civitatibus, quaſi illis tantum proprius eſſe deberet Epiſcopus, non etiam minoribus & mediocribus, præſertim cum dicatur in jure Canonico: Epiſcopi non in Caſtellis aut modicis Civitatibus debent conſtitui, ſed Presbyteri per Caſtellas & modicas civitates debent ab Epiſcopis ordinari & poni *c. Epiſcopi diſtinct. 80.* & ubi minores ſunt plebes, minoresq; conventus, presbyterorum cura ſufficit, epiſcopalia autem gubernacula non niſi majoribus populis & frequentioribus Civitatibus oportet præſidere *c. illud ſane d. diſtinct. 80.* ne honor, cui excellentiora debent committi, ſui numeroſitate vileſcat. c. *Epiſcopalia 1. Extr. de Privileg. & Exceß. privileg.* Vel 2. per Epiſcopum in *d. l. unaquæq; 36.* intelligo non tantum Epiſcopum in ſpecie ſic dictum, ſed etiam quemlibet Presbyterum; olim enim eoſdem fuiſſe, & promiſcue dictos eſſe Presbyteros & Epiſcopos author eſt *Rittershus. in Expoſit. Novell. part. 1. c. 7. n. 5.* Et quamvis in Italia conſuetudine receptum ſit, ut pro civitate non habeatur locus, qui Epiſcopo caret *Panormit. in d. c. 1. de privileg. & Exceß privileg. n. 1. circa fin.* neq; aliter hodie ibidem inquirenti obſervare liceat, quam ſingulas Civitates ſingulis Epiſcopis proviſas eſſe, ut loquitur

tur *Laurent. Ohm de jure Episcopal. concluſ. 13. lit. C.* In Germania tamen integræ Regiones vix unum alunt Episcopum, cum hi & Principes nobis plerumq; sint & audiant *Rittersh. d. c. 7. n. 50.* loco autem veterum Episcoporum habent & nostræ Civitates potissimum majores, ut & singulæ regiones & districtus, suos Inspectores Ecclesiarum, quos Superintendentes appellare solemus & quorū quilibet in sua Civitate & loco Episcopus gregis universi constitutus ad gubernandā Ecclesiā dici potest.

8. Differt verò à jure Civitatis, cujus concedendi potestatem de majoribus, dixi esse Regalibus, Jus Civilitatis vulgò Bürger Recht/quod non ad Reservata Principis pertinet, sed consequitur quilibet origine, manumissione, allectione vel adoptione, ut habetur in *l. cives 7. C. de Incolis Bruning. de var. univerſit. ſpecieb. concluſ. 40.* Adoptat autem vel concedit potius alicui Jus hoc civilitatis, cujuslibet Civitatis Magistratus & Senatus *Laurent. Ohm de Jure Episcop. concluſ. 13. lit. C.* vel quoad immunitates & privilegia tantum, ut Romanos Civitate sua donasse legimus exteros, vel etiā ut adoptatus simul Civis istius Civitatis sit & fiat, ad quod tamen & tria potissimum requirunt Dd. I. ut in Civitate habitet h. e. domicilium habeat, II. ut continuo habitet, nam qui propositum ad prius domicilium revertendi habet, continuo quidem dici potest habitasse in priori, sed non in posteriori loco III. ut cum tota familia inhabitet, non autem cum uno aut duobus *Ludovic. Roman. Conſ. 264. n. 1. 3. & ſeqq. Arum. Diſcurſ. 6. ad aur. bull th. 11. Rumelin. part. 2. diſſert. 5. ad aur. bull. th. 4.* quæ si vera sunt sequitur exinde: I. recte dixisse *Bodinum lib. 1. de Repub. c. 6.* duarum civitatum subditum, vel civem, neminem de jure esse posse, II. Civem deserentem civitatem suam, perdere privilegia & desinere civem esse. *Gail 2. Obſervat 36. n. 7.* Quæritur tamen non incommodè, An etiā invito superiori Civis alicujus Civitatis forum suū mutare, alio migrare, ac ibidem Civilitatem jure acquirere possit? Ajunt hoc fieri posse de jure Communi *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 6. verſ. ac tametſi Romano jure amittere civitatem cuiq; in integrum eſt Buxtorff. diſſert. ad aur. bull. concluſ. 99. lit. F. Arum. diſcurſ. 6. ad d. aur. bull. th. 12. Rumelin. diſſert. 5. ad aur. bull. th. 5. part. 2.* quibus & ego hac vice subscriberē, nisi sequentes remorā mihi objicerent rationes 1. quod video, jura ab ipsis allegata nō loqui in terminis nostris, nec de civibus sed de incolis potissimū accipienda esse, inter civē autē & Incolam multū esse differentiæ didici ex *l. cives 7. C. de Incolis & ubi quis domicil. habere. & c. 2.* quia jus civilitatis per mutuā quasi conventionē acquiritur, & sic unius voluntate vix est, ut dissolvi vicissim

possit

possit *arg. l. sicut §. C. de Obligat. & Actionib.* 3. quia Magistratus sine causa subditum vel civem suum civitate expellere non potest E. neq; subditus Magistratus Jurisdictioni sese eximere debet. 4. Accedit Constitutio Caroli Magni quæ extat apud *Goldast. tom. 1. Constit. Imperial. pag. 10. §. similiter* his verbis: Similiter præcipimus ut quemlibet liberum hominem, qui Dominum suum contra ejus voluntatem dimiserit & de uno Regno in aliud profectus fuerit, neq; ipse Rex suscipiat, neq; hominibus suis consentiat, ut talem hominem recipiant, vel juste retinere præsumant &c. Aft quicquid sit, consvetudine in Germania receptum esse, concors est Dd. opinio, posse huic juri à Civibus resignari, dummodo pro migratione solvat aliquis certam, de omnibus suis bonis, pecuniæ summam, quam vulgò den Abzug vocant, oder Abschuß/ die Nachstewer *Gail. 2. Observ. 36. n. 7. Christ. Ming. de superior. territor. conclus. 83. Henr. Bruning. de var. univers. specieb. conclus. 39. lit. A. Dn. Cothman. Resp. Academ. 19.*

Jus concedendi Nundinas.

9. Potestatem concedendi Nundinas inter majora quoq; referunt Regalia *Thom. Michael de S S. Cæsar. Majest. Camer. ac Stat Jurid. conclus. 12. lit. D. Cluten Syll. rer. quotid. conclus. 22. lit. E. Carpz de Regalib. conclus. 40* Solus namq; Imperator nundinarum jura concedit *arg. l. unic. C. de Nundin. l. 1. ff. eod* Wesenb. *in pr. ff. de Nundin. Andr. Knich. de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum c. 5 n. 437.* auditis tamen prius adjacentibus & vicinis Civitatibus ac pagis quorũ interesse possit *Gail. 2. Observat. 69. n. 25.* Sunt autem Nundinæ celebriores Imperii vel Provinciæ alicujus Mercatus, qui certis statisq; temporibus, maximo conventu mercatorum in his habentur locis, quibus jus eos habendi datũ est, vel Imperatoris beneficio, vel longa consuetudine *Cujacius ad C. de Nundin.* quales sunt in Germania celebriores: Nundinæ Francofurtenses ad Mænum, Lipsenses, Naumburgenses, item Francofurtenses ad Oderam. &c. Auferre quoq; posse Principem nundinas alicui civitati, vel oppido, & in aliam vicissim transferre author est *Andr. Knich. d. c. 5. n. 441. Tessaur. decision. 264. n. 3.* sic Carolum IV. Francofurtensibus jus Nundinarum abstulisse & Moguntiam transtulisse refert *Cario lib. 5. Chronic.* licet postmodum ex intercessione Rudolphi Palatini & Marchionis Brandeburgensis illud iis restituerit, *Arnisæus de jure*

de jure Majest. lib. 2. c. 3. n. 18. Per decennium deniq; amitti nundinarum jus constat ex *l. 1. ff. de Nundinis & Dd. ibidem.*

10. Privilegium nundinarum est, quod qui eas visitant, non possint pro debito alibi contracto, tempore Nundinarum seu in ipsis Nundinis detineri vel conveniri *d. l unic. C. de Nundin. Coler. de proceß. execut. part. 2. c. 3. n. 156.* & hoc adeo verum esse Dd. putant, ut etiam obtineat in illo loco, sine quo ad Nundinas Mercatores venire nequeunt *Peckius de arest. c. 10 n. 4.* quo jure, videant illi; Ego ipsas Nundinas gaudere tantum securitate hac publica assero, & dico quod stantibus iis, nec bona, nec persona debitoris, arresto detineri, privative debiti causa interpellari possit *Gothofr. in not. ad d. l. unic.* finitis autem eis, etiam privilegium cessare existimo, uti hoc præjudicio quodam declarat *Coler. d. c 3. n. 359. Bocer. de Regalib. c. 2. n. 240. Carpz. de Regalib. th. 40.* An verò debitores privilegio & immunitati huic nundinarum renuntiare possint, inter Dd. controvertitur; Affirmativa placet cum *Peck de Arest. c. 12. n. 2* Exules tamen & Proscripti propter commissum aliquod crimen immunitate hac non fruuntur, cum hostes existimentur civitatis *l. amißione 5. §. 1. ff. de Capite minut. l. relegati l. Divi fratres ff. de Pœnis Peck. d. c. 10 n. 7.*

Jus Constituendi cursus Publicos.

11. Ad majora hæc Regalia & Reservata Principis referunt etiam Dd. Jus instituendi Cursus publicos, seu Regios Cursores, vulgò Postas, *Sixti de Regalib. lib. 2. c. 13. n. 42. Joach. Cluten Syll. rer. quotid. Concluß. 22. lit. B. Bocer. d. tr. de Regalib. c. 2. n. 236.* id enim solus habet Imperator *Clapmar. de arcan. Imper. lib. 1. cap. 21.* quocirca anno 1579. Duci cuidam Germaniæ, qui publicos Cursus & Postas in Belgium & Italiam disposuerat, pro juris sibi tantum competentis defensione, severe hoc interdixisse Imperatorem author est idem *Clapmar. d. l. Cluten d. Concluß. lit. C.* Et Anno 1596. & 1597. Magistro Postarum officium ab Imperatore confirmatum esse sublatis interim, generali Imperatorio diplomate, reliquis privatis & Civitatū quarundam Cursoribus Meßgerpost vnd neben Boten/tradit *Thom. Michael. de SS. Cæsar. Majest. Camer. ac Stat. Jurisd. Concluß. 12. lit. B.* Per Cursus verò publicos non intelligi hic βεγέδας h. e. Veredos à vehendis Rhedis sic dictos, de quib. tit. in C. *de Curs. public. & ang. & per ang.* ex jam dictis patet, quiq; sive ad transvectionem armorum *l. ult. C. de Fabricensib. l. cursum 22. C. de Curs. public.*

sive profectionem Legatorum *d. l. cursum* sive ob aliam utilitatem publicam *l. maximarum C. de Excusationib. munerum.* subditis imponebantur, & sub nomine Angariarum continebantur; sed Equos publicos, per vias publicas dispositos, quos Postas hodie vocamus, quibus qui præsunt, Magistri Postatum appellantur, vulgò **Postmeister**. De Postis accipi etiam potest illud Cæsaris *lib. 3. de bell. Civil. Nuncios per dispositos Equos de victoria Cæsaris Messanam allatos.* Summam autem utilitatem præbent, non tantum iter facientibus, literasve alicui mittentibus, sed etiam haud parum vectigal Fisco inferunt, imo præter omnes utilitates etiam ad securitatem Reipub. plurimum faciunt, nihil enim magis potest esse è re Principatus alicujus, quam si Princeps, quid in quocunq; Provinciæ suæ angulo geratur probè exploratum habeat. *Joach. Cluten. d. dissert. conclus. 22. lit. B.*

Jus absolvendi à Juramento ad effectum agendi.

12. Additur ulterius Reservatis Imperatoris vel majoribus Regalibus, Jus absolvendi à juramento ad effectum agendi, Einen seine gegebene Vrphet gegen den Herren/ so jhn also verurphedet hat zu relaxiren, damit er sich gegen selbigen Rechtens gebrauchen möge/ *Borch. ad c. unic. Quæ sunt Regal. n. 4. Bocer. tr. de Regalib. c. 2. n. 135. Carpz de Regalib. conclus. 34.* Cum enim frequentissimè contingere possit, ut innocentes plerumq; subditi, ob causas etiam civiles à Dominis suis & superioribus, carceribus iniquè mancipentur, nec exinde nisi sub obligatione jurata, & elogio de non vindicando carcere, vulgò **geschworne Vrphed**/ relaxentur, constitutum & provisum est, ut à tali juramento, relaxatio ad effectum agendi peti possit. *Andr. Gail. 1. Obser. 22. n. 1.* Potestas autem relaxandi & absolvendi hoc modo à juramento, Assessoribus Cameræ Imperialis quoq; permissa est. *Ordinat. Camer. part. 2 tit. 24.* ita tamen ut prius ad eum Principem & Magistratum, qui hoc juramentum de non offendendo, à captivo exegit, scripserint, eiq; desiderium Jurati exposuerint, & cognoverint æquumne & justum esse supplicantis postulatum. *Ordin. Camer. d. tit. 24.* in dubio enim semper pro Magistratu militat præsumptio, & præsumitur ex legitimis causis aliquem fuisse captum. *Gail. 1. Observat. 22. n. 4.* Modum autem procedendi in causa relaxationis juramenti accuratius annotatum reliquit *Gail 1. Observat. 23.*

13. Et quamvis Canonistæ communiter existiment, causam juramenti, an sc. Juramentum sit licitum vel illicitum, servandum vel non servan-

servandum, & multo magis absolutionem à juramento ad Judicem Ecclesiasticum tanquam articulum spiritualem pertinere *c. venerabilem in fin. vers. utrum verò dictum Extra de Electione & Electi potestat. c. novit ille vers. licet autem hoc modo Extr. de Judiciis* Leges tamen nostræ Civiles & Imperatoribus hoc concedunt *l. fin. in pr. ff. ad Municipal.* imo Cameræ Imperiali Cæsaris & Statuum autoritate, expresse nostro in casu permissam esse relaxationem videre est ex *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 24. confer Gail 1. Observat. 25.* Quæri hic potest de Juramento alias vi metuve extorto an valeat illud, adeò ut ad perjurii exceptionē evitandam, opus sit absolutione? Variant hac in re Dd. Ego distinctione rem expediendam autumo cum *Gail 2. Observat. 42.* & dico; aut Actus cui Juramentum accessit, licitus est, nec contra bonos mores & utilitatem publicam, aut illicitus est & contra bonos mores; Illo casu, omne juramentum vi dolo vel metu extortum jurantem ligare existimo, ita ut absolutione opus sit, e.g. Jurat aliquis vi metuve adductus, quod domum suam vendere, vel alteri pecuniam credere velit, hoc juramentum quia præstatur super eo, quod nullo jure prohibitum est, validum & firmum esse assero, nisi pars jurans vim vel metum prætendat, & absolutionem à tali juramento petat *c. si vero 8. & c. verum 15 Extr. de Jurejurand.* Posteriori casu, & quando Juramentum bonis moribus est contrarium, vergit in dispendium æternæ salutis, præstatur super pacto & conventione publicam utilitatem principaliter lædente, ipso jure illud non valere, & per consequens nec absolutione opus esse assero cum *Gail d. Observat. 42. n. 4. per multa ibidem allegata.*

Jus veniam ætatis concedendi.

14. Inter majora Regalia recensent porro Dd. Jus seu Potestatem adolescentibus ætatis veniam tribuendi, h. e. jus legitimæ ætatis concedendi, ita ut iis, qui per ætatem bona sua administrare, liberè cum aliis contrahere, Magistratus & honores gerere nequeunt, anni legitimæ ætatis per indulgentiam Cæsaris imputentur, *Sixtin. de Regalib. lib. 1. c. 2. n. 22. Becer de Regalib. c. 2. n. 131. Joach. Cluten. Syll. rer. quotidian. concluf. 20. lit. F. Thom. Michael de S S. Cæsar. Majest. Camer. ac Stat. Jurisdict. Concluf. 32. lit. C. Rumelin. part 3. ad aur. bull. dissert. 3. th. 15.* Et hoc solius Imperialis est clementiæ *l. 1. ibi à Principali clementia C. de his qui veniam ætat. impetrar.* à sola princi-

principali clementia impetratur *l 3. ibi : à principali clementia impetrarunt d. t.* super hoc, solo imperiali auxilio indigent Adolescentes *l.2.ibi : & super hoc imperiali auxilio indigere cæperint d. t.* & ne Camera quidem Imperialis illud sibi vindicare potest *Thom. Michael d. dissert. concl 32. in fin.* Sic Carolum Lotharingiæ Ducem Postulatum Episcopum Metensem indultum veniæ ætatis ad Investituram & administrationem Episcopatus consequendam, Imperatoris in aula impetrasse refert *idem Thom. Michael d. dissert. conclus. 32. lit. C.* de Daniæ Rege idem asserit *Hering de fidejussorib. c. 7. n. 110.* de Duce Pomeraniæ *Matth. Stephan. lib. 2. de Jurisdict. part. 1. c. 1. membr. 2. n. 137.* Non temere tamen ætatis veniam alicui indulget Imperator, sed iis demum quos morum honestas mentisq; solertia commendat *d. l. 2. in pr. & §. 1. C. de his qui veniam ætat. impetr.* & masculis quidem si vicesimi anni metas impleverint, *d. l. 2. in pr. vers. cum vicesimi anni metas* fœminis autem si octavum & decimum annum egressæ fuerint *d. l. 2. §. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr.*

15. De Electorum filiis constat ex *A B. Carol. IV. cap. 7.* quod sub tutela proximioris Agnati sint, usq; ad ætatem legitimam, quæ ibidem 18. annis definitur; Hinc autem quæritur, quid de reliquis Principibus sentiendum, qui Electores non sunt, num & illi anno decimo octavo veniam ætatis ab Imperatore impetrare & à Curatela liberari possint? Et puto, quod interveniente causæ cognitione, supremiq; Principis authoritate ac decreto accedente, etiam Principes nostri, anno decimo octavo ad legitimam ætatem pervenire & Ducatuum suorum administrationem suscipere, fratrumq; suorum tutelam, si res postulet, in se accipere possint cum *Dn. Cothman. Consil. 44. n. 52. vol. 1.* Et licet notaverit hunc *ARUMÆUS discurs. 4. ad aur. bull. th. 15.* quasi scripsisset, quod vigore aureæ bullæ Principes & Duces reliqui, si octodecim annos implerint, Ducatuum, Dominiorumq; suorum administrationem suscipere possint, injuriam tamen hac in re ei infert summam, & si penitius quis inspexerit *d. Respons. 44. n. fin.* facile poterit animadvertere, non simpliciter ex aurea bulla argumentatum esse Dn. Cothmannum ab Electoribus ad reliquos Principes Imperii inferiores, nec mentem ipsius esse, quod Privilegium illud Electoribus concessum, simpliciter & indistincte ad Principes, qui Electores non sunt, extendi debeat, sed quod interdum id fieri possit, ita tamen, ut causæ cognitio, & supremi Principis authoritas ac Decretum adhibeatur & impetretur. Et hoc modo intellecta

tellecta ipsius sententia nil nisi verum continet in se inquit *Rumelin. part. 1. ad aur. bull. dissert. 7. th. 10.*

16. Vis autem & effectus beneficii hujus Principalis hic est: ut minor viginti quinq; annis à curatione liberetur, rerum suarum administrationem recipiat, & in omnibus pro majore 25. annis habeatur *arg. l. 10. C. de Appellationib. l. 1. C. de his qui veniam ætat. impetr.* excepto casu, quo prædia aut res suas immobiles sine decreto vellet alienare, vel hypothecæ dare *l. pen. C. de his qui veniam ætat. impetr.* quod & in formula veniæ ætatis, Cassiodorum excepisse testatur *Cujac. in pr. C. d. t.* ut sc. alienandis rusticis vel urbanis prædis constitutionum servetur authoritas, ne dum opinioni præstare studemus, utilitatem publicam lædere videamur. Aliquando tamen rerum immobilium alienationem, etiam sine decreto factam valere constat, quoties sc. Princeps alienationem nominatim permiserit *l. illud requirendum 2. C. Quand. decret. opus non est* aut quando ex Parentis conventione fundus emptus sit revendendus *l. 1. C. eodem.* Deinde sciendum, quod venia ætatis vires tantum exerat suas in hisce, quæ minores post impetratam veniam gesserunt, nec extendi debeat, ad actus præteritos, & contractus ante principale auxilium celebratos *l. 5. in pr. C. de tempor. in integr. restit.* ne qui cum eis contrahunt Principis authoritate circumscripti videantur *l. 1. C. de his qui veniam ætat. impetrar. Cujac. & Wesenb. in pr. ibid.*

Jus veniæ gratiæq; dandæ & criminum condonandorum facultas.

17. Referunt etiam Dd. ad majora Regalia: Jus veniæ gratiæq; dandæ, & criminum condonandorum facultatem *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 10. pag. mihi 256 Rumelin part. 3. ad aur. bull. dissert. 3. th. 12.* & non immerito, in hoc enim vis summæ divinæq; alicujus potestatis enitescit *Besold. lib. 1. polit. c. 4. §. 4. n. 11.* & parum aut nihil horum, Magistratus inferiores ac Judices damnato de jure concedere, nec semel condemnatum liberare possint *arg l. 4. in fin. ff. de pœnis l. Divi fratres 27. ff. eodem. l. Judex 55. ff. de re Judicata.* Licet Principes Germaniæ hoc jus & sibi ex inveterata quidam consuetudine in suis territoriis vindicent. *Andr. Knich. de Saxon. non provoc. jure verb Ducum c. 5. n. 476.* Ac tametsi Proconsules ac Præsides summam, in sua quisq; Provincia, potestatem habuerint, *l. præses provinciæ 4. & tit. ff. de offic. præsid. l. 7. §. fin. juncta l. 8. ff. de offic. Proconsul.* non tamen licuit eis, & sua sententia relegatos restituere, multò

minus capitis damnatos absolvere *l. relegati 4. in fin. ff. de pœn. l. Divi fratres 27. ff. eod.* Hinc etiam Carol. V. Imperator, Senatui Mediolanensi propter sui absentiam, regiam fere potestatem concedens, delictorum tamen veniam largiri, & salvum conductum reis criminum dare, speciatim excepit *Bodin. d. l. ex constit. Mediolanens. in c. de Senatu* quo etiã Tiberium Imperatorem respexisse existimo, dum Asyla sustulit, ut gratia servatorum solis Principibus accepta referretur *Tacit. 3. lib. Annal.* Verum accipiendum hoc est, quod dixi, de pœnis ob politicas duntaxat rationes introductis *Besold. d. §. 4. n. 11. vers. cæterum Principem* nam pœnæ illæ capitales ad authoritatem decalogi tuendam, à Deo ipso sancitæ, à nemine, licet summus Princeps ille sit vel Papa, remitti possunt *Norderm. de jure Princip. conclus. 47. Bruning. de var. universit. specieb. conclus. 28. in pr. vers. imo ne ipsis quidem Principibus Bodin. d. lib. 1. de Repub. c. 10. pag. mihi 260.* non enim inferiori superioris legem tollere est concessum. Et si Judex eandem subit pœnam, quam aliis dissimulando remisit *l. nulli 3. in fin. C. ne sanct. Baptism. iteretur* vel gravem contrahit infamiam, quando aliquo modo saltem à legibus civilibus recedit, & delatum ad se crimen, minori aut nulli coercitioni mandat *l. servos 8. §. 1. C. ad L. Jul. de vi publ. & privat.* quis parricidam ac incestibus omnibus delibutum hominem, legibus divinis jure solvi posse confidat? *Bodin. d. lib. 1. de Repub. cap. 10. pag. 260.* Si quis autem intempestivam hîc clementiam laudere velit, audiat necesse est cum Achabo asperam Prophetæ sententiam: quoniam virum morte dignum dimisisti, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus *1. Reg. 20. in fin.*

18. Concludo itaq; ex hisce 1. Asyla etiam nocentibus & improbis ejusmodi hominibes esse deneganda; Licet enim Deum ipsum illa quodammodo introduxisse & ordinasse legamus, ut locus essent refugii iis, qui in homicidium forsan vel aliud infortunium inciderant, & vindictam metuebant, *Deut. 19. in pr. Numer. 25. vers. 6.* licet etiam penes omnes fere gentes jus Asylorum in usu fuerit, *Polid. Virgil. 3. de invent. rer. 12.* Sic enim Cadmus dum Thebas conderet, asylum aperuisse fertur, ad quod fugientes sine discrimine servi aut liberi ab omni pœna tuti erant *Alex ab Alex 3. gen. dier. 20. pag. mihi 159.* & apud Ephesos templum Dianæ id juris habuisse, apud Athenienses Thesei sepulchrum, ut author est idem *Alex ab Alex d. c. 20* apud Romanos Statuam sive simulachra Imperatoris *l. quis sit 17. §. apud Latronem 12. ff. de Ædilit.*

Ædilit. Edict. l. in eum 5. ff. de Extraord. criminib. l. unic. C. de hù qui ad Stat. l. 28. §. ad statuas ff. de pœnù l. Scto 38 ff. de Injuriù apud primos Christianos Sacrosanctas Ecclesias, *l. 1. & 2. C. de hù qui ad Eccles. confug. Hortens. in comment. ad Instit. tit. de hù qui sui vel alien. jurù pag. 20.* tamen noviſſe debemus, non ſingulis homicidis & maleficis licitum fuiſſe impune ad aſyla confugere, ſed iis demùm, qui caſù quodam, aut per imprudentiam in infortunium quoddam inciderant, uti videre eſt ex *Numer. 36. verſ. 6. & ſeqq. Deutr. 19. verſ. 5. & 7. & ſeqq.* Nam ſi per induſtriam quis, occiderit proximum ſuum & per inſidias, ab altari meo evelles eum ut moriatur, inquit Jehovah *Exod. 21. verſ. 14. & 15. 1. Reg. 2. verſ. 30. & 31.* quod & Jus Civile ſequitur, quando inquit: templorum cautelam non nocentibus ſed læſis dari à lege *Novell. 17. c. 7.* Deus enim non eſt receptator latronum, aut Protector eorum, quos jam pridem lege ſua præcepit puniri. Unde videmus graviter errâſſe Innocentium III. in *c. inter alia Extr. de Immunit. Eccleſia* ubi hæc leguntur verba: Liber homo fugiens ad Eccleſiam, *quantumcunq; gravia maleficia perpetraverit* non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, ſed Rectores Eccleſiarum ſibi obtinere debent membra & vitam, aliter tamen puniri debet fortè pecuniariter aut relegatione &c. Sed rectiſſimè *Ferrarienſ. in form. inquiſit. in pr. n. 31.* hæc jura Canonica inquit, facta eſſe ſine ratione, ad beneplacitum, imo contra jus divinum, quo cautum eſt: Domus mea domus precationis eſt, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum, nam ſi Deus noluit tolerare ementes & vendentes in Eccleſia, ſed eos rejecit, multo minus receptari voluit homicidas, adulteros & hujus farinæ homines alios.

19. II. Pœnam illorum ſi ſemel condemnati ſint, regulariter non eſſe differendam, *Par. de Put. tr. de Syndic. in verb. pœna verſ. an ſi Judex in pr.* licet dicant, ſe habere quod Principi referant ſalutis ipſius cauſa *l. ſi quis fortè 6. in pr. ff. de pœnù* vel obnoxios ſe eſſe rationibus privato nondum redditis *Gothofr. ad d. l. ſi quis forte* vel apprehendere & demonſtrare ſe velle multos alios criminoſos latrones & tranſfugas, *Par. de Puteo d. l. n. 1.* videntur enim dicere hæc omnia & proferre cauſa differendi pœnam, nec debuiſſent tamdiu tacuiſſe. An differenda pœna in tempus

commo-

commodius, si sc. Rei sint potentes & qui facilè turbare possint Rempub. quæritur? Aff. Pœnæ enim instar pharmacorum sunt, uti ex Platon. refert *Norderm. de Jur. principat. concluſ. 48. lit. B.* quæ non adhibentur cum res ita videntur desperatæ, ut curari non possint, vel ejusmodi tempus sit, quod Judicium ordinarium non permittat *arg. 2. Sam. 19 verſ. 23. junct. c. 2. lib. 1. Reg. in fin.* Simili modo differri posse pœnam, asserunt Interpretes, si quis veniat in Judicium, & dicat, quod condemnatus gesserit negotia sua, petens ut rationem prius reddat *l. 1. C. de bon. damnat. ubi Bart. & communiter Dd.* differtur etiam executio in muliere prægnante propter partum *l. prægnantis ff. de pœnis* cum magis hic Reipub. nasci videtur quam pœna *l. 1. §. & generaliter 15. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.*

20. III. Impium planè esse, ac justitiæ Dei prorsus contrarium I. quod Pontifices Romani, initiati statim omnia omnibus ignoscant, & cum ultiones ac parricidia usq; ad occasum Pontificis differri soleant sicarii, iis interim tuto latrocinari liceat, uti exemplum habemus duorum nobilissimorum latronum in agro Romano, qui non nisi post centum & sedecim parricidia pœnas demum dederunt, referente *Bodino lib. 6. de Repub. c. 5. in pr. fere.* II. quod Romæ adhuc & per Italiam observari testatur *Richard. Dieter. de summ. summ. Imper. poteſt. th. 130.* ut propter homicidium, vel aliud quoddam maleficium capitis damnatus ex occursu saltem Cardinalis alicujus, supplicio liberetur; Sunt enim hæc & similia contra expressam legem Dei, qua constitutum est, ut, quicunq; humanum sanguinem fuderit, ejus sanguis rursus fundatur *Geneſ. 9. v. 6.* contra omnem rationem; nam si abominabilis est coram Deo, qui Impium absolvit *Proverb. c. 17. verſ. 15.* qua ratione excusari poterit Papa vel Cardinalis, quod solo hic occursu impium homicidam à pœna liberet, eamq; in præjudicium tertii non tantum sed totius etiam Reipub remittat, cum Dei tantum proprium sit condonare culpam, hominis verò, justitiæ lancem rectè dirigere *Norderman. de jure Principat. concluſ. 50. in pr.* Et justitiæ solem maxime obscurant; Justitia enim quæ instar Poli Arctici immota est, non considerat introitum novi alicujus Pontificis, nec occursum ejusmodi Cardinalis, sed vult, ut suum cuiq; tribuatur, & expectet homicida, quod fecit. Licet autem Pontifices adprobent illa, & imprimis *Par. de Puteo tr. de Syndic. in verb. pœna verſ. an ſi Judex n. 2.* dicat, habere illud

illud Cardinales ex consuetudine, cum instar Regum sint; tamen meminisse debuit ille, nec Regem injuriam facere posse legi Divinæ, quæ vult ut homicida etiam ab altari divellatur & moriatur *Exod. 21. vers. 15.* & quod consuetudinē oporteat esse rationabilem, & versari circa res possibiles & honestas, rei enim non bonæ consuetudo pessima *Wesenb. in pr. ff. de Legib. n. 9. vers. materia* Rectius itaq; ni fallor sentio, si dicam mutuatos esse hoc Pontificos ab ipsis Ethnicis, ex *Gellii enim lib. 10. noct. Attic. c. 15.* novimus: quod si quis ad verberandum ducatur, & ad pedes Dialis flaminis supplex procubuerit, eo die verberari piaculum fuerit, & ex *Plutarch. in Numa* videmus: Si casu Vestalis obviam venisset ei, quem Magistratus ad supplicium duceret, quod eo ipso mortis pœna is fuerit exemptus, & concludo itaq; cū *Bodino lib. 1. de Repub. c. 10. pag. mihi 260* quod nec Regibus, nec Principibus ullis, nec cuiquam mortalium veniam liceat largiri delinquentibus, si scelus divina lege fuerit capitale.

Jus famæ restituendi.

21. Atq; ita Princeps non tantum delicti gratiam alicui concedit, & pœnam abolet uti th. 17. dictum est, sed & in integrum restituit, h.e. infamiam delet, reddit bona, honores, reducitq; in pristinum Statum *l. 1. C. de Sentent. pass. l. cum indulgentia 10. eod.* Famam enim & existimationem quis amittere potest, vel solo delicto, vel delicto & condemnatione subsecuta, vel pacto de remittenda famosa aliqua actione pro pretio *l. 1. l. 2. l. 4. §. fin. & l. 5. ff. de his qui not. infam.* verum restitutione à summo Principe impetrata, omnis præcedens macula perit, aboletur & extinguitur, ita ut restitutus nomen viri boni recipiat, eiq; à nemine amplius nisi injuriarum is teneri velit, infamia objici queat *l. imperialiū 23. §. 1. C. de Nupt. l. 1. §. 10. in fin. ff. de his qui notant. infam.* Solus autem Imperator hoc modo restituit in integrum *Bart. ad l. infamem n. 13. ff. de publ. Judic. Receß. Imp. Augustan. de An. 1525.* §. Vnd ist derhalben weiter *ubi Imperator seditiosos Rusticos honori & famæ restituit & Receß. Imper. Spirens. de an. 1526.* §. Vnd wiewoll ut non immerito hoc jus ad majora referatur Regalia *Wesenb. in pr. C. de Sentent. pass. & restitut. Thom. Michael de Jurisd. Imper. conclus. 11. lit G. & conclus. 32. lit B. Joach. Cluten Syll. rer. quotid. coucluſ. 20. lit. O. Besold. lib. 1. polit. c. 4. n. 12, Rumelin. part. 3. ad aur. bull. dissert. 3. th. 13.* & si alius Princeps inferior famæ restituit subditum suum, tunc Restitutionem illam in Principis tantum illius

ditione, non autem alibi in Romano Imperio vires obtinere asserit. *Boer. de Regalib. c. 2. n. 115. Carpz. Conclus. 35.*

22. Triplicem autem Dd. nostri faciunt restitutionem; & primo plena dicitur, quæ fit hoc modo: Restituo te in integrum, vel simpliciter his verbis, Restituo te, vel quibusdam expressis, & generali postea subjecta restitutione, veluti: restituo te honori & ordini tuo & cæteris omnibus *l. 1. & l. ult. C. de sentent. pass. & restit.* & hujusmodi restitutio plenissima est, ac ita restituti per omnia pristinũ Statum recipiunt ut loquitur Imperator Justin. *in §. cum autem 1. in fin. Inst. Quib. mod. jus patr. potest solvitur l. 1. §. de qua autem ff. de postuland. d. l. 1. & l. fin. C. de sentent. pass. & restit.* An autem hoc modo Restitutus, recuperet etiam pretium bonorum à Fisco alienatorum quæritur? & licet affirmativa de jure verior sit, Fiscum sc. catenus ad refusionem pretii tener, quatenus factus sit locupletior teste *Bart. ad l. ult. n. 7. C. de Sentent. pass. Peregr. de jure Fisci lib. 5. tit. 2. n. 27. Fachin. 9. Controvers. 18.* in Germania tamen non observari, nisi restitutioni expresse additum sit, tradit *Andr. Gail 2. de pac publ. 19. n. 21.* Secundo specialis est restitutio quando nominatim & specialiter quædam exprimuntur, ad quæ fit restitutio, veluti: ad bona omnia, vel partem illorum, dignitatem &c. & qui hoc modo restitutus est, ea tantum recuperat, quorum nominatim & specialiter facta est mentio, cætera verò non *l. 3. & l. si pater 9. C. de Sentent. pass. l. 2. ff. eod.* Tertio est restitutio quæ generalis dicitur, & fit communi sive generali indulgentia his verbis: Wir ersetzen ihnen Gnade/ Wir wollen ihn Gnade erwiesen haben/ & tantum pœnæ gratiam facit, *de qua supra th. 14. actum est v. l. 2. l. 4. l. 9 C. de Sentent pass.*

23. Et hæc optimè attendenda seu observanda veniunt, propter deportatos seu Imperii Bannitos, ut vocari solent, qui non modò existimatione, sed & bonis suis omnibus privilegiis & Juribus Civium Romanorum exuti sunt, ut scire & dignoscere possimus, si restituantur, ad quid restituti dicuntur; Nam licet verum sit quod *Gail 2. de pace publ. 19. n. 1.* affert. Absolutum à banno non solum bonis, verum etiam famæ & honoribus restitui, cum tantum ad restitutionem valeat indulgentia, quantum ad correctionem valuit sententia *l. fin. §. fin. C. de Sentent. pass.* tamen accipiendus saltem est de illo, qui plenè absolutus, & plena restitutione donatus est, so von der Acht wiederumb absolviret vnd erledi-get/ vnd auß den Vnfrieden wieder in Frieden zu Käyſ Mayſt vnd

des

des Heiligen Reichs Gnad Schutz vnd Schirm vnd in den Standt, darin er vor solcher Acht gewesen restituiret *ist Gail 2. Observat. 18. n. 23.* maximè cum *d. Observat. 19. n. 8.* ipse dicat: quod restitutus tantum, communi sive generali indulgentia, non recipiat honores, bona & dignitatem, sed pœnam saltem delicti remissam habeat.

24. Præter Restitutionem hanc quæ sit per modum gratiæ, alia adhuc est restitutio quæ fit per modum justitiæ ut puta: Si Bannitus post latam sententiam, offerat probationem innocentiæ, eamq; ita probet, ut à Banno per viam Justitiæ vicissim veniat absolvendus *Gail d. Observat. 19. n. 23.* Et talis restitutio trahitur ad bona non solummodo quæ sunt apud Fiscum, verum etiam ad bona & jura, quæ medio tempore alteri, prætextu delicti & confiscationis, fuerint acquisita, & transiata ex illo actu, adversus quem impetrata est restitutio *Joh. Baptist. Plot. de in litem jurand. §. 1. n. 5.*; Plenius itaq; succurrit Restitutio hæc per viam Justitiæ, quam gratiosa illa, quæ licet plenissima etiã sit, qua pristinum statum & omnia bona recuperat restitutus *d. l. 1. & ult.* C. *de Sentent pass.* tamen procedit solummodo quoad bona nondum alienata, item quoad honores & dignitates adhuc vacantes, nam si ante absolutionem vel Restitutionem bona alienata, honores vel dignitates aliis collatæ sint, restitutio gratiosa non trahitur, ad Jus alteri quæsitum, quod Princeps Rescripto suo adimere voluisse non præsumitur *Gail 2. Obser. 19. n. 3. & 4. Joha. Bapt. Pl. Plot. d. l. n. 5. per text. in l. 2. §. merito & §. si quis à Principe ff. ne quid in loco public. l. nec avus C. de Emancip. liber.* Hinc etiam concluduut Interpretes. Doctorem civitate & collegio pulsum, & postea restitutum, non recuperare locum pristinum, alii jam concessum in collegio Doctorum, sed pro novitio habendum *Bart. ad. l. 2. ff. de Decurionib.* item Clericum depositum & postea restitutum, non recuperare beneficium alteri collatum *Panormit. in c. extuæ n. 15. de Cleric. non resident in Eccles.*

Jus legitimandi liberos naturales.

25. Pertinet quoq; ad majorum Regalium numerum, Jus legitimandi liberos naturales *Novell 47. c. 2 Novell. 89. c. 9. Thom Michael de Jurid. Imper. conclus. 32. Bocer. tr. de Regalib. c. 2. n. 68. Borch. ad c. unic. Quæ sint Regaliæ n. 4.* nam legitimos facere, qui illegitimi nati sunt nemo regulariter potest, nisi solus Imperator, & quibus ille nominatim hanc potestatem dedit, quales sunt Comites Palatini *Gail. 2. Observat. 142. n. 4.* Sunt autem liberi naturales, qui ex concubina

nati sunt, & vulgo nothi seu naturales tantum appellantur, exinde quod sola natura in illis attendatur, lex autem seu Jus Civile illos non agnoscat *Ritterſ. in Expoſit Novell. part. 7. c. 5. n. 2.* ad distinctionem illorum qui ex stupro nascuntur, vel ex contubernio, vel illicito aliquo matrimonio, & neq; legitimi, neq; naturales proprie sunt vel dicuntur *Cujac in pr. C. de natural. liber. & matrib. eor* nec legitimationis beneficio digni sunt *Petr. de Anchor. consil. 241. n. 2.* Unde, ut de jure nostro civili verè naturales liberi dici possint, tria concurrere debent, *secundum Ferrarien. in form. libell. per hæred. ab Inteſt. in gloß. verb. nullúq; ſuperſtitibus ex eo liberis*, 1. ut nati sint ex soluto & soluta, cum qua tunc temporis potuit esse matrimonium 2. ut pater eorum unicam duntaxat habuerit concubinam, non plures simul, 3. ut mater concubina, in domo, concubinatus affectione sit retenta *t. t. C. de natural. liber & matrib. eorum. Novell. 18. Novell. 74. & Novell. 89.*

26. Ut autem legitimatio hæc legitime procedat, nonnulla regulariter requirunt Interpretes, sine quibus illa de jure Ordinario subsistere non potest 1. ut revera liberi sint naturales h. e. nati ex soluto & soluta prout jam dictum est *Petr. Anchoran. Consil. 242. n. 2. & Consil. 225. n. 1.* 2. Ut matrem liberorum naturalium, conjugem Pater habere nequeat *Gail. 2. Obſervat. 142. n. 3.* nam cum alias in potestate patris positum sit, filium naturalem per subsequens matrimonium legitimare *c. tanta Extr. Qui filii ſunt legitimi* certe extraordinarium remedium haud quærere, nec fornicationis turpitudinem, legitimationis beneficio operiri debet ut loquitur Imperator in *Novell. 89. c. 9. Novell. 74. c. 2.* 3. ut Pater alias liberos ex justo & legitimo matrimonio natos non habeat *d. Novell. 89. c. 9. Vult. 1. Jurisprud. Rom. 23. n. 13. Thom. Ferrar. Cautel. 1. v. 2.* Hi namq; cum jus quodammodo quæsitum habeant in bonis paternis, & domini vivis etiam parentibus illorum dicantur §. 2. *Inſt. de Hered. qualit. & differ.* hoc jure sane sine suo facto & culpa privari non debent. 4. Ut liberi naturales legitimandi in legitimationem consentiant *Novell. 89. c. 11. Petr. de Anchoran. Conſ. 241. n. 2.* nam si solvere jus patriæ potestatis, invitis filiis non est permissum patribus, multo minus in potestatem redigere invitum filium & paternam sortem metuentem, justum erit, ut ait Imperator Justin. in *d. Novell. 89. c. 11. in pr.*

27. Verum occasione primi requisiti non immerito quæritur: Cum

Cum hodie nulli ferè ejusmodi naturales reperiantur, eò quod omnis conjunctio extra matrimonium, & sic etiam Concubinatus damnatus censeatur, an hæc nostra legitimatio præsupponens semper naturales, & adhuc suos habeat effectus? Et puto quod sic, licet enim naturales propriè sic dicti non facilè reperiantur, legitimandi tamen modum in desuetudinem nõdum abiisse, sed & hodie usu adhuc obtinere assero, sinon in naturalibus semper, in spuriis tamen, aut etiã damnato ex coitu natis *Fach. 3. Controvers. 57. Besold. lib. 4. polit. n. 13. Lancell. templ. omn. Judic. d. l. 1. c. 1. §. 4. verb. legitimos etiam Treut. disp. 2. th. 6. l. G. vol. 1. Rumel. part. 3. ad aur. bull. dissert. 3. th. 14.* maximè si dicat Princeps in suo Rescripto, quod jubeat eos esse legitimos, non obstente aliqua lege *Accurs. ad Novell. 89. c. fin. in verb. participium item ad l. 1. verb. rescripti. C. de Natura liber. & mat. eor.* Est enim differentia hæc, inter Spurium & naturalem, saltè ex jure positivo *Fach. d controvers. v. fundamentum est* unde & Principem illam de jure vicissim tollere posse, extra dubitationis aleam est §. *sed naturalia Inst. de Jure nat. gent. & civil.* Accedit quod ex communi usu loquendi naturalium filiorum appellatione, & illi hodiè veniant, qui non ex Concubina procreati sunt, sed ex alia quadam libera persona, quam quis impotentiâ amoris vel libidine victus compressit, germanicè dicuntur Liebkinder/Jungfrawkinder/item Bastardt/quasi Boß art *Rittersh. in Expos. part. 7. c. 5. n. 2. Mascard. de probationib. Conclus. 1088. n. 1. vel 2.*

28. Sic etiam licet verissimum sit: de jure Civili ordinario tum demum liberos naturales per Rescriptum Principis legitimari cum vel nulli justi liberi extent *uti ex Novell. 89. c. 9. jam supra th. 26. demonstravi* vel cum matrem liberorum pater in uxorem accipere nequeat *ut ibidem ex Gail 2. Observat. 142. n. 3. dixi* tamen si certo constat, & Patrem & Principem liberos naturales hoc casu legitimatos velle, dubitandum non esse existimo, quin hoc absoluta & extraordinaria Principis voluntate effici possit *Barthol. Capoll. cautel. 223. Gail. 2. Observat. 142. n. 3. 4. & 8 Thom. Ferrat. Cautel. 1. n. 2. Bocer. de Regalib. c. 2. n. 69. Schonborn. lib. 5. politic. c. 18.* Princeps enim ex justa causa, quæ de illo præsumitur, maximè tunc quando de ejus scientia constat, aliquid facere potest, licet juri communi illud contrarietur, legibus enim solutus dicitur *l. Princeps 31. ff. de Legib.* Nec ad rem facit quod prius adhuc in Controversiam à nonnullis vocetur, eo quod de jure naturali, legitimis liberis paterna

hereditas debeatur, cui Princeps derogare non potest *arg. d. §. sed naturalia Inst. de jure nat. gent. & civil.* & quod *Bald. in c. filii naturales de feud. defunct fuerit controvers.* dicat: Imperatorem legitimantem spurios, existentibus legitimis & naturalibus, esse unum pecus, non habens præ oculis justitiam publicæ honestatis, nec considerans, per solas nuptias conservari elegans genus humanum *referente Thom. Ferrat. tr. cautel. 1. n. 3.* Nam constat liberos naturales per Oblationem Curiæ legitimari, licet legitimi & naturales liberi extent *Novell. 89 c. 20. §. 1. ibi: Sive legitimorum sit filiorum pater sive non* quare itaq; nec Principi hodie fas esset, naturales liberos justa ex causa legitimare, ettamsi alii, justo ex matrimonio nati, adsint, maximè cum hoc facit de plenitudine potestatis & cum clausula: non obstante &c. Et si adeò simpliciter verum esset, quod dicitur: Hereditatem paternam de jure naturali pertinere ad liberos, nec posse ad eam sine maximo illorum præjudicio, admitti legitimatos, tunc utiq; injustum etiam & contra jus naturale esset, quod disponitur in *d. Novell. 89. c. 3. in pr.* de successione legitimatorum per oblationem curiæ his verbis: *Si quis igitur naturalis secundum hoc schema* (i. e. *oblationis*) *fiat curialis, erit patri & ab intestato successor & ex voluntate nihil dissimilis legitimis, & ex donatione percipere poterit patrũ, ita tamen, ut non amplius habeat uno horum, qui ab initio legitimi sunt, & inter omnes minus habente* posterius autem nemo facile tam simpliciter assirmabit E, nec prius. Nec Baldi dictum remoram mihi facit, cum illud accipiendum autumo vel de Principe qui sine ulla justa causa naturales liberos, in solum præjudicium liberorum legitimorum, legitimatos vult, non citatis adhunc actum liberis legitimis & naturalibus, quod tamen hoc in casu fieri debet, *Petr. de Anchor. Consil. 427. n. 3. Vult. 1. Jurispr. Roman. 23. n. 13.* vel etiam quando pater in libello supplici liberorum naturalium & legitimorum nullam fecit mentionem, sed silentio eos præterierit, nam & hoc casu, legitimationem tanquam sub- & obreptitie impetratam non valere asserit *Gail 2. Observat. 142. n. 10. cum ibid. allegat.*

29. Legitimati jam hoc modo, parum aut nihil à legitimè natis differunt, præterquam quod ad feudi successionem non admittantur *c. naturales filii, si de feud. defunct. fuer. controvers. 2.* F. *26.* An verò idem obtineat in legitimatis per subsequens matrimonium, magna inter Dd. est controversia; Ego certe ob generalitatem textus in *d. c. naturales filii*

si de

si de feud. defunct. fuer. content. cum iis facerem, qui dicunt non succedere illos in feudis, quibus cum etiam feciſſe videtur Mauritium Saxoniæ Ducem, hic enim ſpeciali conſtitutione ſub An. 1543. lata, prohibuit admitti ad ſucceſſionem feudorum liberos etiam per ſubſequens matrimonium legitimatos, uti refert *Schleidan. lib. 15. comment.* niſi contraria opinio communiter eſſet recepta, *Minſing. 5. Obſerv. 42. n. 3.* quotidie confirmata *Schurff. 1. Conſil. 1. n. 16.* aliquot Cameræ Imperialis præjudiciis corroborata *Minſing. d. Obſerv. 42. n. 2.* & ſecundum eandem tanquam æquiorem & benigniorem, in pleriſq; Judiciis, maximè Saxoniæ pronuntiaretur *Hart. Piſtor. 2. quæſt. 41. n. 37. pag. 603. confer. Zaſ. Epit. feud. part. 8. n. 76. Borch. de feud. c. 7. n. 48. Gail 2. Obſervat. 141. n. 2.*

30. An autem legitimati per reſcriptum Principis, comprehendantur ſtatuto excludente fœminas, maſculis exiſtentibus, vexatiſſima quoq; eſt quæſtio? e.g. in loco vel Civitate aliqua ſtatutum viget, ut extantibus maſculis, fœminæ ad ſucceſſionem non admittantur, & quæritur, an per Principis reſcriptum, legitimatus à ſucceſſione fœminam excludat? & negativa tanquam verior & æquior arridet, cum enim Statutum excludens fœminas, ſit contra jus commune *l. maximum vitium C. de Liber præterit.* Stricte quoq; eſt accipiendum, nec in odium juſtorum & legitimorum facile extendendum *l. quod verò contra 14. ff. de Legib. c. quæ à jure de R. I. in 6.* non itaq; excludet hoc in caſu filiam ex legitimis nuptiis natam, ſed una cum illa admittetur ad ſucceſſionem paternam legitimatus *Gail 2. Obſervat. 140. per. tot. Minſing. 3. Obſervat. 26. Treutl. diſp. 2. th. 6. lit. G. vol. 1. Rittersh. in Expoſit. Novell. part. 7. c. 9. n. 9* Quid ſi poſt legitimationem hanc, pater aliam ducat uxorem, & ex illa liberos quoq; procreet legitimos & juſtos, anne legitimatio propter liberos hoſce ex juſto matrimonio ſubſecutos nato, revocari debet? Negativa verior eſt per ea quæ tradit *Gail 2. Obſervat. 142. n. 5 Bocer. de Regalib. c. 2. n. 70.*

Jus creandi Notarios ſive Tabelliones.

31. Tabelliones à tabulis ſeu tabellis, in quibus inſtrumenta contractuum & ultimarum voluntatum deſcribebantur dictos eſſe putat, *Cujac ad l. 15. C. de Decurionib. lib 10.* Vocantur etiam Notarii, à notis vel compendiis ſcripturæ, nam celeritatis cauſa notis ſæpe utebantur, quo facilius, vivam loquentium vocem aſſequi poſſent, & celeritatem illorum

illorum tantam fuisse ut aliquando etiam loquentia verba scribendo antevertere potuerint, colligi potest ex versu Ausonii:

Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Rectissimè autem inter majora Regalia refertur potestas creandi Tabelliones sive Notarios *Borch. ad c. unic. Quæ sunt Regaliæ n. 4. Joach. Cluten Syll. rer. quot. th. 20. lit. H. Zasius Epit. feud. part. 5. n. 14.* Soli namque Imperatori tribuitur, *Innocent in c. cum tabellio 15. n. 2. Extr. de fide Instrum* & quibus Imperator expresse hanc potestatem concessit quales sunt Comites Palatini *teste quotidiana experientia.* Creati autem ab Imperatore vel Comite Palatino Notarii, non solum in Imperio Romano, sed etiam aliis in locis, extra Imperium nostrum, officio suo rectè fungi, Instrumenta & Documenta conficere & reliqua peragere possunt, quæ ad illorum officium pertinere dicuntur, uti pluribus hoc demonstravit *Gail. 2. Observat. 71. n. 13.* Quod si rogatus servire recusset, Notarius perjurus est & officio Notariatus privari potest *secundum Hostiens. in summ. de fide Instrument. §. ex quibus Schneid ad §. 3. n. 7. Inst. de Adoptionib.* Licet autem & Electores Duces, Comites, Civitates & reliquæ Universitates Notarios creare possint, sic enim experientia ipsa testatur, etiam Municipales civitates sibi Notarios, & Protonotarios facere, tamen authoritas illorum non ita est generalis, sed duntaxat in illo Electoratu ducatu &c. ubi creati sunt obtinet, ut ibidem tantum officium suum rectè exercere possint.

32. Et cum Notariatus officium non conferatur à Natura, sed ab Imperatore, & hominibus dignitatem, ut dixi, habentibus, ideo Notarium sui natura neminem præsumi, sed qualitatem Notariatus probandam esse post *Speculat. Innocent. Oldrad. Cyn. & Bald.* docet *Mascard. vol. 2. de Probat. Conclus. 1096. n. 1.* Probationes autem omnium rectissimè desumi posse, ex Instrumento suo creationis à Principe vel ab alio habente authoritatem Notarios creandi, idem asserit *Mascard. d. volum. Concl. 1097. n. 1.* Requiritur insuper à Notariis, præsertim in majoribus istis & summis Dicasteriis ac Judiciis, ut sint immatriculati, sic in Camera Imperiali non recipitur Instrumentum, nisi Notarii alicujus ibidem immatriculati, nec negotia quædam expediunda committit Camera nisi Notario, ibidem immatriculato. Idem usu observari in supremo hujus Provinciæ Judicio, præter quotidianam experientiam testatur. Die Fürstliche Meckelb. Land vnd Hoffgerichts Ordnung *part. 1. tit. 11. ibi*:

Dar-

Darauff nach befindener qualification vnd geschickligkeit/die approbation erfolgen/ vnd wann sie vnsern Hoffgerichte mit Eydes pflichten sich verwand gemacht/ ihre Nahmen in die matriculam der approbirten Notarien gesetzet/ vnd ihre Instrumenta, Documenta vnd andere expeditiones angenommen/ aber was von andern Notarien gefertiget vnd vbergeben wird/ alßbald verworffen werden soll. In causa forsan est, copia & multitudo Notariorum, ut & plurimorum imperitia', in multos enim rectissimè quadrat illud, quod *Coler, de proceß. execut. part. 1. c. 10. n. 392.* dixit: Sunt ut Pica vel Psittacus, qui stant in Pallatio Dominorum & loquuntur sine intellectu.

Jus Instituendi & ordinandi Ferias Generales.

33. Refertur quoq; inter majora Regalia jus seu potestas, ferias generales indicendi *Joach. Cluten Syll. rer. quotid. Conclus. 22. lit. I. Besold. lib. 1. polit. c. 4. n. 54. in pr.* Solus enim Imperator hodiè in Imperio nostro ferias ejusmodi cõstituit *l. 4 C. de Fer. & ibi gloß. & Dd. communiter Wesenb. in pr. ff. de Feriis n. 4.* adeo ut nec Pontifex potestatem hanc de Jure rectè sibi tribuat; sic namq; canonem Concilii Niceni de Festo Paschatos, nõ Romani alicujus Pontificis, sed Imperatoris Cõstantini & communi patrũ consilio conditũ, attestatur *David Chytr. lib. 26. Chron.* Speciales tamen & locales ferias inferiores etiã Principes & Status Imperii, in suis terris rectè constituunt *Wesenb. d. t. de feriis n. 4. in fin.* cujus rei recens etiam hic in nostro Ducatu Megapolitano habemus exemplum. Feriæ autem, à feriendis hostiis ita dictæ, *ex Gell. Wesenb. d. t. n. 2.* sunt dies feriati, quibus Jus non dicitur, nec sui 'potestatem Magistratus facit *arg. l. pridie 5. ff. de Feriis.* unde etiam dies quieti à litibus, induciæq; litium appellantur. *Gothofred. ad rubr. C. eod.* Quatuor illarum genera recenset *Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 16. Alex ab Alex. 5. gen. dier. 7.* Aliæ enim Stativæ fuerunt quæ statis diebus ac mensibus servabantur, quales fuere apud veteres Romanos Idus cujusq; mensis, quas coli maximè, observariq; jusserunt, ita ut prætermittere illas ac insolemnes relinquere, nefas duxerint. *Alex ab. Alex. 3. gen. dier. 18. in pr.* Aliæ conceptivæ, quæ in diem certam à Magistratu concipiebantur, ut Latinæ' Sementinæ, Paganalia &c. Aliæ Imperativæ, quas Magistratus pro arbitrio constituebat, aliæ nundinæ propter ipsas nundinas & mercatus publicos indictæ. *v. Alex. ab. Alex. lib. 5. gen. dier. c. 7.* Communiter tamen tres saltem recensentur species feriarum; Solemnes, quæ ob cul-

tum Divinum solemniter celebrandum jam ante sunt constitutæ, & certis statisq; diebus in anno peraguntur *l. 2. l. 6. l. 8. l. 10. & 11. C. de feriis* Indictæ, quæ colligendorum fructuum causa sunt ordinatæ, de quibus in *l. 1. & 2. ff. de feriis l. 2. & 7. C. eod.* Repentinæ, quas Princeps, Repub. benè aut infeliciter gestâ, justitio indicto, extra ordinem repentino denuntiat de quibus in *l. 1. & l. 4. C. de feriis l. sed & si 26. §. si feriæ 7. ff. ex quib. caus. maj.* Et de hisce, Repentinis saltem feriis, intelligi debet, quod dixi: penes Imperatorem esse potestatem feriis indicendi.

34. Constituuntur autem feriæ hæ, à Principibus varias ob causas, plerumq; ob rem bene, malevè in Repub. gestam ob imminens belli periculum, ob hostilitatem, seditionem &c. his autem semel constitutis omnis homo à curis & laboribus prophanis cessare, & cultui tantum divino operam dare debet *arg. l. omnes 7. vers. in eadem observatione C. de feriis & l. fin. C. eod.* nisi vel pietas aliud suaderet, *Luc. 14. vers. 3. 4. & 5.* vel summa necessitas urgeret *c. fin. in fin. Extr. de feriis* necessitas enim facit aliquid licitum *c. quod non est 4. Extr. de Reg. Jur.* Hinc asserunt Dd. quod debitor de fuga suspectus capi & detineri possit, etiam in feriis divinæ Majestati dedicatis, quoties sic per cultum est in mora *gloss. ad l. fin. C. de feriis* imo in summis solemnitatibus id fieri posse ex Alberic notat *Peckius de Arrest. c. 10. n. 1.* feriis itaq; id agere licere, quod noceret præterisse dixit *Mac. ob. d. lib. 1. Saturn. c. 16. Gothofr. ad Rubr. ff. de feriis.*

Jus concedendi absolutam & plenam securitatem sive salvum per Imperium conductum.

35. Securitatem, salvum conductum, Salvæguardiam, fidem publicam germanicè Sicher Geleit/ pro synonimis hic accipimus, licet alias, & quidem accuratius loquendo illa nonnihil inter sese differant, uti videre est ex *Becht de Securit. & salvo conduct. c. 1. th. 9. 10. & 11.* Non autem unius generis est Securitas, nam aliam Princeps vel Dominus, ratione territorii sui transeuntibus concedit, Die gleitliche Obrigkeit/ auff Keyserlicher freyer Heer vnd Reichsstrassen; Alia est securitas seu salvus conductus, qui honoris gratia Electoribus præstatur vi & authoritate *A. B. Carol. IV. c. 1.* Alia denique, qui delinquentibus concedi solet *Henr. Brning. de var. univers. specieb. concluſ. 30. in pr.* De priori, inuti ferè hic sunt Dd, & siccò, quod dicitur, pede illam præterreunt, cum inter Regalia non referatur, sed Jurisdictionis pars sit & territorii, ut vocant *Wesenb. cons. 33. n. 3. & 10. Thom. Michael. de SS. Cæsar. ac stat.*

et stat. Jurid. conclus. 50. lit. B. Christoph. Mingius de superiorit. territor. & ejus jurib. c. 5. n. 67. Andr. Knich. de jure territor. c. 4 n. 458. Inest au ẽ huic non tantum securitas & defensio, sed etiam facinorosorũ punitio, sine qua jus securitatis consistere non potest *l. congruit 13. ff. de officio Præsidũ arg. l. 1. §. quies 12. ff. de offic. præf. Urbi* quamobrem etiam in plerisque locis aluntur, & alendi sunt, dispositi milites stationarii, ut eos appellavit let *in d. l. 1. §. quies 12. ff. de off. præfect. urb.* vel stipendiarii vulgò Außreuter/Stallbrũder/Einspänniger/quibus viarum cura demandata est, daß sie das Gleit bereiten *Wehner. pract. Observat. verſ.* Gleit/ Gleitliche Obrigkeit. Sic nec alteram illam securitatem inter Regalia referendam esse existimo, cum Electoribus ea ipsa, tempore electionis tantũ specialiter à lege sit indulta, & putat *Andr. Knich de Saxon non provoc. jure, verbo Ducum c. 5. n. 102.* pro superioritatis symbolo sumi vocabulum securitatis vel Gleit/ quando sc. Principes & Proceres Imperij conducere tenentz Electores ad locum Electionis, secundum dispositionem aureæ bullæ *c. 1. in pr.* quain re tamen vix ei poterimus adstipulari. Restat itaq; tertia securitas vel salvus conductus, qui delinquentibus concedi solet, & quidem pro aversione periculi carceris; Sciendum autem præstari hoc in casu solere salvum conductum duplici modo: 1. ut accusatus defensionem suam aut assertam innocentiam deducat & probet, vulgo Geleit zu Außführung berühmbter Vnschuld/ item zu Recht vnd vor vnrechter Gewalt/ Et hanc securitatem civilibus legibus inspectis, à nullo alio, quã summo Principe concedi, *l. relegati 4. in fin. ff. de pœnis* ac inter Regalia referri posse, existimant nonnulli, cum speciem habeat gratiæ dandæ, & facultatis criminum condonandorum, quod solius esse Inperatoris jam supra monui. Verùm refellitur illorum opinio quotidianâ, ni fallor, experientiâ, videmus enim non tantum Principes & status Imperij, sed etiam Civitates municipales & Nobiles, merum Imperium habentes, salvum conductum hoc in casu quotidie concedere, *Dn. Arum. discurs. 1. ad aur. bull. th. 18.* & recte quidem; cum enim sententiam illi in criminibus ferre omnes possunt & debent, ad eam vero nisi accusatus auditus sit, perveniri nequeat, fas quoq; est, ut salvum conductum petentibus, illos concedere posse dicamus, ne alias Judiciorum tela impediatur. *Dn. Arum. de discurs. 1. th. 18.* Accedit, quod securitas hæc data tantum intelligatur, ut dixi: zu Recht/ vnd vor vnrechter Gewalt/ item, zu Außführung berühmbter Vnschuld/ quã non obstante, Reum, si modo sufficienter convictus sit, adhuc in carcerem conjici & puniri posse, asserit *Moller. 2. Semestr. 1. in fin.* ubi & Lipsiæ ita decisum esse refert.

36. II. Præstari quoq; & quidem ex causa aliqua delinquentibus solet plena & absoluta quædam securitas, quâ obstante, Reus licet convictus postmodum sit, vel delictum confessus fuerit, ad supplicium tamen trahi non debet, salvum enim conductum ejusmodi aut non facilè concedendum, aut concessum omnino servandum esse, tanquam æquius & verius defendit *Pruckman. §. Soluta potestas c. 4. membr. 2. effect. 5. n. 28. & seqq.* quod & verum esse in Bannitis probat *Fachin. 9. Controvers. 9.* in homicidis *Henricus Bruning. de var. univers. specieb. concluf. 30. in fin.* Et hanc securitatem inter Regalia referendam esse, non absurdè quis dixerit, non tantum exinde quod olim solus Imperator, in signum supremæ suæ eminentiæ, eam delinquentibus concesserit, uti constat ex *l. relegati 4. in fin ff de Pœnis* verum etiã quod naturam illa sapere videatur facultatis criminum condonandorem; Unde Hispaniæ Rex Carolus V., Mediolanensibus regiam ferè potestatem concedens, delictorum veniam largiri, & salvum conductum seu securitatem Reis criminum dare, nominatim excepit *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 10. pag. mihi 255.* quod etiam suo tempore de Reservatis Principis, ibidem adhuc fuisse, testatur *Menoch. de arbitr. Judic. quæstion. l. 1. quæst. 81. n. 6.* Hodie tamen & hoc in casu mores suam in potestatem redegerunt Leges, primo namq; Principibus etiam Germaniæ inferioribus, hoc jus competere, asserunt, *Farinac. pract. crimin. lib. 1. tit. 1. quæst. 6. n. 10. Thom. Michael de SS. Cæs. Majest. & Stat Jurisdict. Concluf. 47. lit. C.* & moribus obtinuisse, ut si nova nupta in Principis aulam solenniter inducatur, malefactores currui inhærentes, sine periurii noxa securitatem, ex intercessione novæ nuptæ, mereantur, author est *Henr. Bruning de var. univers. specieb. Concluf. 30. in pr.* Deinde securitatem ejusmodi & ab iis impetrari posse omnibus, qui universalem dicuntur habere Jurisdictionem, annotatum reliquit *Thom. Michael d. tr. Concluf. 47. lit. C. in fin.* qui tamen, si de omnibus illis, qui mero gaudent hodie imperio, & omnimodam tantum habent Jurisdictionem, hoc intelligi vult, vix ac ne vix quidem defendi poterit.

37. Ut autem non facilè concedenda Securitas hæc, ita concessa semel, servari, nec sine justa causa rescindi debet *ex Cyn. in l. præsentin. §. C. de his qui ad Ecclesiam confug. Cagnol in l. ea natura cavillationis n. 23. ff. de Reg. Jur Jason. ad l. conventionum n. 3. ff. de Pactis docet Coler.*

de

de Proceß. executiv. part. 4. c. 1. n. 185. 186. & seqq. Fachin. lib. 9. Controv. cap. 59. Farinac. pract. crimin. lib. 1. tit. 1. quæst. 6. n. 27. & lib. 1. tit. 4. quæst. 29. n. 95. & seqq. quid enim tam congruum fidei humanæ, quam ea quæ semel placuerunt servare? *l. 1. in pr. ff. de Pactis l. 1. ff. de Constitut. pecunia* unde etiam hosti fidem datam servandam esse rectissimè statuit Augustinus in *c. noli existimare cap. 23. quæst. 1. Fachin lib. 9. controv. c. 58. Bronch. 1. ἐναντιοφαν 29.* & vulgare est, quod securitatis promissio habeat sese instar conventionis, quæ ab initio equidem voluntatis est ex post facto autem fit necessitatis, cum semel institutæ obligationi, alterâ parte invitâ nemo contra venire queat *l. sicut 5. C. de obligat. & actionib.* Turpe est, inquit *Belisarius apud Procopium*, tum omnibus hominibus, quibus vel minima cordi est virtus, tum maximè principibus, fidem fallere, & *Erasm. in Instit. Princip.* ait Principum ea debet esse fides in præstandis iis quæ recipiunt, ut simplex horum promissum, sanctius sit quovis aliorum jurejurando. Unde *Bald. Consil.* 327. Principes & Reges unum habeant calamum, unamq; linguam, quia scriptum est, quæ processerunt de labiis meis non faciam irrita.

38. Ex quibus omnibus rectissimè jam infertur: I. Non debere Principem Reo facile impunitatem promittere, ut is delictum fateatur, & confessum tamen nihilominus postea condemnare ac punire *Covarr. lib. 1. var. resolut. c. 2. in fin ferè Fachin. lib. 9. Controv. c. 61.* II. offendentem illum, qui à principe salvum habet conductum, publicam fidem frangere, & per consequens in crimen læsæ Majestatis incidere *l. 1. ibi: adversus ejus securitatem ff. ad L. Jul. Majest. & per illum text. Dd. communiter* quod ego tamen verum tantum existimo in casu, ubi data à Principe securitas, in contemptum ipsius dicitur violata; ne alioquin omnes, qui vel leges Principum, vel eorum mandata, quovis modo violarunt, statim læsæ Majestatis Rei appellentur *Fach lib. 9. Controv. c. 60.* III. Concessionem salvi conductus ad veniendum, recedendi quoq; facultatem liberam continere, securitas enim veniendi, & securitatem recedendi includit *Minsing. 1. Observat. 82.* nec venit securè, qui non potest redire, inquit *Bartol. ad l. 1. n. 8. C. de Navicular. per. jura ibid. allegata* IV. Impium esse Constantiensis Synodi decretum, quod habet: Hæreticis non est servanda fides, cujus documentum admodum triste, crudeli quodam supplicio, præbuit Johannes Hussus, circa Annum Christi

1415. *Chytr. in Chronol.* Et forsan similis perfidiæ exemplum Wormatiæ in Lutherum statuissent purpurati isti Patres, si Carolus V. Imperator eam maculam Majestati suæ & nomini Germanorum adspergi fuisset passus, nec Ludovicus Elector Palatinus adeò masculè consiliis ejusmodi exitialibus sese opposuisset, uti videre est ex *Schleid. lib. 3. comment. ferè in pr.* V. Turpiter peccare illos, qui verborum magis arte, quam apertâ fide, fidem promittunt, & subtiles quasvis interpretationes adversus promissiones & juramenta excogitant *Warnem de Erenb. lib. 2. de fœderib. c. 1. n. 143.* quacunq; enim verborum arte quis juret, Deum tamen, qui conscientiæ testis est, ita illud accipere dixit Isiodorus, sicut ille, cui juratur, intelligit, & in fidei promissione non solum quid concedens verum etiam quid recipiens verosimilitor cogitavit inspiciendum esse, monet *Bald. cons. 414. vel 5. Menoch. de Arbitr. Judic. quæst. cas. 336. n. 15.*

Jus concedendi per Imperium inducias moratorias.

39. Inter majora Regalia refero quoq;, Jus concedendi debitoribus per Imperium inducias moratorias, vulgo Anstandsbrieff / oder Quinquennell *Andr. Knich. de Saxon. non provocand. jur. verb. Ducum c. 5. n. 452.* quæ pro temporum diversitate induciæ annales, item quinquennales, *l. fin. C. Qui bon. ced. poß.* literæ dilatoriæ, moratoriæ dilationes ac simpliciter dilationes appellantur *l. universa 4. C. de Precib. Imperat. offerend. Coler de Proceß. executi part. 1. c. 4. n. 14.* & non nisi à solo Imperatore *d. l. fin. C. Qui boni ced. poß. d. l. universa 4. C. de precib. Imperat. offerend. Reformat.* Guter Policey zu Augspurg *An. 1548. subtit:* von verdorbenen Kauffleuten / Policey Ordnung zu Franckfurt *de An. 1577. tit. 23.* vel ejus Consistorio firmiter indulgentur *Andr. Knich d. c. 5. n. 459.* ut & in Gallia non nisi solius Regis rescripto. *Cujac. 2. Observat. 10.* Non autem in totum auferunt creditoribus Jus suum, sed differunt illud, tantum ad certum & modicum quoddam tempus, *Coler. de Proceß. executiv. d. p. 1. c. 4. n. 14.* ut interea, à molestis interpellationibus creditorum tuti debitores, sese paulolum recolligere & ad pinguiorem fortunam pervenire possint. Et ut plenissimum effectum sortiantur hæc beneficia, dilatione hac pendente, nec usuræ currunt, nec id quod interest præstatur, *arg. l, non solum 8. §. illud 2. ff. de Liberat. legat. Peckius de jure sistendi c. 45. n. 20.* Ad fidejussores autem debitorum non extenduntur, *Coler. d. c. 4. n. 17.* Cum personalia sint beneficia seu privilegia, quæ non trahi debent de persona ad personam, nec de loco ad locum *c. privilegium*

gium Extr. de Reg. Jur. in 6to. Cagnol. in l. in omnibus causis 68. n. 8. & 11. ibiq; Decius n. 6. ff. de Reg. Juris.

40. Ut autem validæ sint & firmæ Inducia hæ moratoriæ, requiritur ante omnia debitores fortuitis ex causis, facultatibus lapsos esse *d. Reformation* guter Policey zu Augspurg *de An. 1548. sub tit.* Von verdorbenen Kauffleuten *& d.* Policey Ordnung zu Franckfurt *de An. 1577. tit. 23* ibi: So meynen wir hiemit ernstlich / vnd wollen / daß jhnen solche moratoria oder Quinquenell hinfüro nicht mehr gegeben werden sollen / wir / oder vnsere Nachkommen Römischer Keyser oder König seyn den von der Obrigkeit / darunter solche verdorbene Kauffleute gesessen / zuvor eigentlich berichtet / oder das dieselbe Kauffleute glaubliche Wyrkund / oder Schein fürbringen / das sie auß vnversehenen zugestandenen vnfallen / jhrer Leib oder Güter verdorben / vñ auffgestanden seyn / vnd das in solchen Fällen die moratoria oder Quinquenell statt haben. Wo aber die anderer gestalt / vnd mit verschwiegener Warheit außbracht oder erlanget werden / alßdann sollen sie Krafftloß vnd vnfürträglich seyn vnd dafür gehalten werden. Deinde; ut idoneam fidejussionem super debiti solutione adveniente illo tempore præstet debitor *d. l. universa 4. C. de precib. Imperat. offerend.* nam ante præstitam hanc Cautionem non gaudet beneficio dilationis *Gail 2. Observat. 46. n. 14. Bernhard. Wurmser practic. Observat. tit. 28. Observat. 9. Peck de jure sistand. c. 45. n. 20.* Sed potest pro debito condemnato incarcerari, quousq; satisfaciat *Bernhard. Wurmſ. de Observat. 9.* qua in re melioris conditionis in Gallia videntur esse debitores, ibi enim Reus auditur, dans qualemcunq; fidejussorem. quod si non potest, juratoriæ cautioni committitur, teste *Gothofr. in not ad d. l. universa 4. C. de Precib. Imperat. offerend.* Sunt deniq; casus nonnulli, in quibus indulta hæc moratoria locum nullum habere dicuntur, qualis est, 1. Si debitum post impetratam dilationem contractum sit *Coler d. c. 4. n. 14. in fin.* 2. quando de dote uxoris repetenda, aut causa alimentorum agitur *Peckius d. c. 45. n. 26.* 3 Si sententia contra debitorem lata sit, à qua non est, appellatum *Gothofr. in not. ad d. l. universa 4. C. de precib. Imperat. offerend.* & plures de quibus passim, Dd.

41. Vindicant quoq; & reliqui Principes nostri Germaniæ sibi Jus quoddam, huic non absimile, quando certus ac urgentissimis ex causis

& qui-

& quidem ad instantiam suorum subditorum, generalia in suis territoriis permittunt moratoria, quibus non uni tantum vel alteri, sed omnibus ferè debitoribus sine discrimine consulunt, ab interpellationibus creditorum ita eos liberant, ut oppositâ saltem exceptione hac moratoria, securi plane sint & omnes solvendi molestias & solicitudines interim deponant, quale Indultum & in hac nostra Provincia Megapolitana, vidimus hactenus non tantum ad certum quoddam tempus introductum & permissum, verum etiam aliquoties renovatum sc. cum usus hoc ita expostulet & res. Verum licet spatio temporis, in privilegio moratorio præfixi, ad sortis solutionem condemnari regulariter nec possint, nec debeant debitores, usuras tamen in singulos annos exsolvere coguntur, nisi malint in sortem simul & usuras condemnari. Deinde, cum generale, ut dixi, hoc sit Indultum & magis privilegium causæ vocari possit *l. privilegia 196. ff. de R. 4.* nec uni tantum vel alteri debitori concessum, sequitur, illud etiam ad fidejussores rectissime extendi *arg. §. exceptiones 4. Inst. de Replicationib.* ubi enim genus actionis, sive causa ipsa privilegium induxit, ibi, ad quemvis etiam persecutio ejus devenerit, nõ deficere debet ratio auxilii ut loquitur Ict. *in l. in omnibus 68. ff. de R. I.* Quod si priores creditores jam minus sint idonei, vel suspecti, poterunt creditores, non obstante moratorio, renovationem petere cautionis, vnd muß der Debitor jhnen alßdann angenehmere Versicherung thun/ uti quotidie hic observari & practicari videmus.

Disputatio III.

De
Regalibus majoribus Communicabilibus

Respondente

AMBROSIO Petersen / Wismar.

I.

Dixi supra *in th. 14. disput. 1.* Majora Regalia esse vel reservata vel communicata, de reservatis autem hactenus ut egimus, ita reliqvum erit, de communicatis seu communicabilibus imposterum tractationem suscipere; Dicuntur autem cōmunicata exinde, quod non semper sibi soli illa peræquè vindicavit Imperator, sed quod jam plurimis ab annis & quidem ante tempora Friderici I. iis etiam usi sint reliqui Principes & Civitates, uti evincit c. unic. Quæ sint Regaliæ 2. F. 56. propositum, recensetenim ibi Fridericus Regalia, quæ Principes & Civitates potissimum Italiæ, ipsi tanquam superiori debebant, & quæ ex prædecessorum suorum concessione vel tacita vel expressa, jam multis ab annis habuerant *Heig. part. 1. quæst. 15. n. 45. & 48. Arnisæ. de jur. Majest. l. 2. c. 1. n. 2. Cujac. ad c. uni Quæ sint Regal. in pr.*

2. Communicabilia itaq; esse Regalia omnia, in d. c. unic. enumerata, licet hinc facile concedam, vix tamen adstipulari potero Danieli Ottoni *de Jur. public. Imper. c. 11.* & aliis, qui putant referenda esse illa, quotquot etiam ibidem enumerantur, inter minora; Nam quis nescit, Jus monetæ cudendæ ad majora pertinere Regalia? & tamen recensetur in d. c. unic. Quis potestatem constituendorum Magistratuum ad justitiam expediendam, inter majora non referret Regalia? & tamen habetur in d. c. unic. Rectius itaq; faciunt illi, qui referri in c. unic. Quæ sint Regal. existimant, non tantum minora Regalia quæ ad Fiscum pertinere dicuntur, sed etiam majora, quæ Principis Eminentiam potissimum concernunt, & quæ cum alliis ille communicavit, confer *Cujac. ad c. unic. Quæ sunt Regal. Heig. part. 1. quæst. 15. Lindeman Exercit. feud. 2. th. 45.* De hisce autem majoribus & communicatis Regalibus

Contenta.

(1) (2) (3) (4) (5)

in præsentiarum, ut dixi, dum sum acturus, initium faciam ab iis, quæ in d.c.unic. recensentur, servato eo ordine quo usus est ipse Imperator, ita tamen ut minora, quæ ibidem quoq; contineri videntur, sequenti reservem disputationi.

Armanniæ.

3. De Armanniis incipit Fridericus, iisq; primum in constitutione sua locum assignat, quid autem sint Armanniæ non æquè inter omnes constat; Alij legunt Arimanniæ, quæ officia dicuntur apparitorum, & ut Magistratuum creatio inter Regalia refertur *l.1. ad L. Jul. ff. de Ambi* sic quoq; apparitorum referri debere, existimant *v. Cujac. ad c.h unic. Quæ sint Regal. in pr.* Arimannos namq; publicas esse personas, quæ Magistratibus parent, annotavit *Cujac. d. l.* Alij armandias legunt, quas esse putant gabellas, secundum morem & consvetudinem patriæ ita denominatas & vel ex armentis animalium solutas *Alvarott. ad d. c. unic. Quæ sint Regal. in pr.* vel etiam ex licentia armorum fabricandorum præstitas *Rosentha in Synops. feud. c. 5. conclus. 19. lit. ff.* Alij de littoribus publicis exponunt, quæ ab ariditate ita dicta esse existimant *Matth. de Afflict. ad d.c. unic. Quæ sint Reg.* Alij deniq; Armandias accipiunt pro fabricis & officinis publicis in quibus arma fabricantur, quorum expositio etiam omnium videtur verissima, & adprobata à *Cujac. ad d.c.unic. Quæ sint Regal. Borchol. ibid. n.22. Peregrin de jure Fisci lib.1.c.1.n.14. Gothofr. in not. add.c.unic.in verb.armanniæ Niell disp. feud. ultim. th 4. lit. A. Dn. Lindem. d. disp. feud. 2. th. 46.* Fabricas enim ejusmodi, & publica armamentaria imo jus fabricandorum & colligendorum armorum, Imperatorem quondam sibi soli vindicasse constat ex *Novell. 85. per. tot. & Cujac. ibid. Rittersh. in exposit. Novell. part. 14. c. 4.*

4. Certas autem habuisse fabricas Romanos Imperatores, & novendecim præcipue fuisse in Romano Imperio, in Illyrico quinq;, in Italia sex, in Gallia octo, testatur *Borch. ad c. unic. Quæ sunt Regaliæ n. 23.* harumq; curam atq; inspectionem patribus singularum civitatum demandatam fuisse, docet *Novell. 85. c. 2. Rittersh. d. c. 4. n. 5.* Non autem omnes unius erant generis, sed aliæ scutorum dicebantur, aliæ clibanorum, aliæ sagittarum, aliæ loricarum, pro armorum scilicet varietate uti tradit *Cujac. ad d. Novell 58.* & qui in iis arma ejusmodi bellica fabricabant Fabricenses dicebantur, soliq; licentiam habebant arma faciendi *d. Novell. 85. c. 4.* ita ut præter illos, in nulla civitate aut provincia privati,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731649680/phys_0078
DFG

vati, vel alius quispiam licentiam sibi sumere potuerit arma faciendi, sed soli illi, qui inter fabricenses referebantur, hæc instruere, & instructa statim ad sacrum Principis armamentum deferre cogebantur, uti habent verba ipsius Imperatoris *in d. c. 3. in pr. Novell. 85.* privatis namq; arma vendere prohibiti erant, & emptoribus illa auferebantur, etiam non restituto pretio *Cujac. ad d. Novell. 85. Rittersh. d.c. 4. n. 4.* cum omnem armorum usum regulariter iis interdictum legimus *Novell. 17. c. fin.* exceptis parvis machæris, quæ cum non erant arma bellica, privatis permittebantur, teste *Cujac. ad d. Novell. 85. in fin.*

5. Et licet Imperatorem *in c. unic. de pace tenenda & ejus violatoribus §. si quis Rusticus 2. F. 27.* armorum, gladiorum ut & lancearum usu, rusticos & mercatores tantum interdixisse videatur, & nonnulli hinc à contrario sensu argumentari conentur: quasi Nobilibus licitum fuerit arma & gladios portare; tamen noviſſe debent illi, quod argumentum à contrario sensu non facile admittatur, quoties pravus exinde resultat intellectus contra legem *Bald. in summ. l. 2. C. de condit insert.* Jam vero in *l. unic. C. ut armor usus inscio Princip. interdictus sit Novell. 17. c. fin. & d. Novell. 85. per tot.* indistinctè omnibus privatis interdictum est usu armorum, ita ut illustribus quoq; viris, præpositis sacri cubiculi, tunc demum facultas cingulo vel ense utendi concessa fuit, quando ad aspiciendos agros suos, vel ob aliam causam proficisci voluerunt *l. fin. C. de Præpositis sacr. cubicul. & ibid. gloss. in verb. cingulo.* Accedit quod Alvarott. gloss. & communiter Dd. per Rusticum in *d. §. si quis rusticus* non colonum intelligunt, aut hominem rus laborantem sed unumquemq; qui ruri habitat. *vide Tiraquell. de nobilit. c. 20. n. 69. Farinac. prax crimin. quæst. 108. n. 25.*

6. Soli itaq; Principes olim, non tantum ad majestatem suam defendendam & premendum in Imperio rebelles, verum etiam ob pacem publicam, jus armorum sibi vindicarunt; Hodie autem res longè aliter sese habet, nec solus imperator amplius certas in Imperio suas habet fabricas & armamentaria publica, sed quilibet Princeps & Dominus in sua Provincia, suaq; ditione propria jam dudū possedit armamentaria in quæ varia bellicorum armorum genera referri curat, ut habeat, unde ingruente bello & necessitatis tempore illa vicissim depromi possint, sic instructissimum est armamentarium quod Dresdæ habet Elector Saxoniæ, Custrini & Spandoviæ Elector Brandeburgicus, Cassilij Prin-

ceps Hassiacus & alibi passim Germaniæ nostri Principes & Civitates, quarum quoq; vix unica, præsertim magna, dari potest, quæ non habeat armamentarium, magna armorum copia repletum, potissima tamen sunt, Argentoratense, quod propter armorum multitudinem & Noribergense, quod ob splendorem & ornamentum, à quovis non immerito commendari & deprædicari possit. Deinde nec armorum usus privatis amplius est interdictus, sed passim in Germania contrarium receptum videmus, & licitum non modo est privatis arma portare, verum etiam coguntur insuper cives singularum ferè civitatum certa & propria habere arma, eaq; coram Magistratu producere, antequam in civium numerum recipi, & jus civilitatis adipisci possint.

7. Ab hoc jure dependere quoq; videtur: Jus muniendarum urbium, quod & ipsum regium semper fuit, nec cuiquam inscio & invito Principe usurpandum; Marsus Syriæ Præses, cum Agrippa muro quodam ingentis magnitudinis, civitatem Hierosolymitanam circumdare cæpisset, rem ad Imperatorem detulit, qui rerum novarum & turbæ suspicionem captans, novum illi opus denuntiavit, & ab ædificando desistere coëgit *Joseph lib. 19. Antiquit. c. 7.* Sic Genuenses etiam jussisse Fridericum I. ut à munienda urbe cessarent author est *Sigon. lib. 12. histor. Ital.* Et licet magis esse videatur è re civiũ, ut propugnaculis cincti sint, cum hoc modo & virtute possint repellere hostes, & in pace & otio vitam tuto degere, tamen cum, fiduciâ propugnaculorum subditos sæpe obstinatiores & immorigeros factos, experti sint Principes, factum quoq; exinde, ut non modo prohibuerint, civitates novis muris & fossis circumdare, vel veteres saltem reficere muros *l. 9. §. muros 4. ff. de Rer. divis.* verum etiam plurima propugnacula solo penitus æquarint & in cineres redegerint. Primus autem, ni fallor, prædictus fuit Imperator Fridericus I. Anobarbus seu Barbarossa dictus, qui Italis potestatem dedit civitates murare, vel etiam extra munitiones facere, pro illorum sc. lubitu *Constit de pac. constant. §. vasalli 1. vers. civitates murare* quo jure & nostri Principes Germaniæ postmodum quoq; usi sunt ita ut & hodie quilibet horum, in suo territorio castella exstruendi & muniendi potestatem sibi vendicet. Municipales quoq; civitates videmus hodie acutissimis non tantum muris & vallis indutas, sed etiam posse eas collapsos muros liberè reficere, imò integros adhuc vallos augere & prioribus fortiores facere. Aliquando tamen, propter speciale privilegium,

certo

certo alicui loco ab Imperatore concessum, propugnacula vel castella in vicinia ejusdem loci extruere & adificare non est licitum, & tale privilegium Spiram, ubi sedes est Cameræ Imperialis, habere dicitur, hæc enim ex singulari Imperatoris indultu hoc habet speciale, ut nullus locus vel civitas, per tria milliaria inde distans, muris & vallis cingi possit & debeat, ut hac ratione motus etiam Fridericus Elector Palatinus, non adeò pridem resistere maluit Episcopo Spirensi, quam permittere ut Udenheimium ab illo muro & vallis cingeretur, uti videre est ex *continuatione Schneidan. p. 4. l. 7. n. 9.*

Viæ publicæ.

8. Triplex est viarum in Jure nostro distinctio *l. 2. §. viarum 22. ff. Ne quid in loc. publ. vel itin fiat.* aliæ enim privato servitutis jure impositæ sunt *l. 1 l. 7. l. 8. ff. de S. R. P.* & tunc via est jus vehendi & agendi & ambulandi *Wesenb. in pa. ff. de S. R. P. n. 1.* Aliæ vicinales sunt, quæ scilicet, in vicis sunt, vel ducunt etiam in vicos *d. l 2. §. viarum 22. vers. vicinales. ff. Ne quid in loco public.* & partim publicarum viarum numero sunt, si vel ex collatione publica constitutæ *d. l. 2. §. viarum 22.* vel ex agris quidem privatorum collatis, factæ sunt, quarum tamen memoria extare non potest, *l. 3. in pr. ff. de Loc & itimer. publ.* partim privatarum, quando scilicet ex collatione privatorum sunt constitutæ *d. l. 2. §. viarum 22. vers. vicinales.* Aliæ deniq; publicæ sunt viæ, quæ in solo publico sunt constitutæ *d. l. 2. §. viam publicam 21. ff. ne quid in loc. public.* & dicuntur alias viæ basilicæ sive regiæ *d. l. 2. §. viarum 22.* item militares *d. l. 3. ff. de loc. & itinerib. public.* germanicè offene Heer- vnd Landstrassen / item Käyserliche freye Heerstrassen *Christoph. Mingius de superior. territorial. &c. concluf. 67.* & de hisce publicis scilicet viis solummodo hoc in loco agitur illæq; tantum inter Regalia computantur, nec ad quoslibet indifferenter pertinent, sed ad solum Imperatorem, & eos quibus Regalia competere possunt *d. c. unic. Quæ sint Regal. Sixtin. lib. 2. de Regalib. c. 2. n. 15.* Hi autem transeuntibus interdicere ejusmodi viis publicis sine justissima quadam causa nec possunt nec debent, cum usus illarum communis sit & juris G. *d. l. 2. §. viarum 22. vers. vicinales ff. ne quid in loco public. Peregrin. de Jure fisci lib. 1. c. 1. n. 21.* unde quoq; in Camera Imperiali receptum testatur, *Rosenth. de feud. c. 5. concluf. 22.* ut contra illos, qui usum illarum viarum sine causa impediunt, mandata sine clausula, tanquam super facto omni jure prohibito, decerni soleant.

9. Et licet olim Solus Imperator sibi reservaverit curam ejusmodi viarum, cum illi non tantum jus fuit cogendi cives Romanos & cujuslibet Provinciæ Magistratus, ut vias hasce munirent repararent & instruerent, *Bocer. tr. de Regalib. c. 2. n. 144. Arnold.* Engelbr. *de Jurid. Imper. Rom. th. 120.* unde videmus, nec divinis domibus instructionum & reparationum illarum immunitatem concessisse Imperatorem *l. absit. 4. C. de privileg. dom. August. lib. 11.* nec aliis prædiis Ecclesiasticis *Novell. 131. c. 5.* verum etiam, quod iis, qui provinciis præerant, expresse in mandatis dare solebat, ut curarent malis hominibus istam Provinciam purgare uti loquitur Ict. in *l. Præses 3. ff. de Officio. Præsid. l. 2. §. & omnes 4. C. de off. præf. prat. Afric.* hodie tamen & ad Principes, Comites, reliquosq; spectat omnes qui Regalia habent vel possident *Thom. Michael. de Jurid. Imper. concluf. 50. Carpz. de Regalib. concluf. 49.* unde etiam, curare hi maximopere debent, ut pacata & quieta sit provincia cui præsunt, & ut malis hominibus careat, nec à latronibus prædonibus & aliis hujusmodi furibus viæ publicæ infestentur *Gail. 2. observat. 64. n. 2. 3. & 4. Warn. de Erenber. tr. de regin. subsid. c. 5. n. 37. Wurms. miscell. Observat. 5. n. 1.* Et ut certior sit & esse possit viarum securitas, introductum est jus illud, quod vocant die geleitliche Obrigkeit auff freyer Käyserlicher Heer- vnd Reichsstrassen zugleiten / de quo vide *supra disput at. 2. th. 35. in pr. Henric. Bruning. de var. universit specieb. concluf. 22.* & qui hoc jus impetrarunt iis vicissim obstrictus est princeps ad damnum si forsan latronum incursu spoliati fuerint, resarciendum & reponendum *Recess. Imper. de An. 1559.* §. Damit denn die Obrigkeit / ibid: setzen / ordnen vnd wollen / woferne von Churfürsten / Fürsten / Ständen / oder einiger Obrigkeit / die sey wer sie wolle / jemants Geleit gegeben / vnd der jenige daruber auff derselben Churfürsten / Fürsten vnd Stände Geleitstrassen thätlich ergriffen vnnd beschädiget / das der Standt so solch Geleit gegeben / nach Gestalt solches Geleites / dem Beschädigten seines Schadens Erstattung zu thun schuldig seyn soll. confer etiam *Gail. 2. Observat. 64. in pr.*

10. An verò Principes, & Provinciarum Domini, obstricti sint, ut semper, non data etiam tessera publicæ securitatis sive salvi conductus, euntibus & peregrinantibus damnum resarciant, si in illorum territoriis, latronum violentia & impetu, fuerint oppressi ac deprædati, quæstio est non levis momenti? Ajunt hoc fieri debere *Minsing. 5. observat. 79.*

vat 70. Gail.2. observat 64.n.2.3.4.5. & 6. Bernh. Wurmſ. miſcell. controverſ.5. & communiter. Dd. non tantum quod publicè interſit ſine metu & periculo per itinera commeari *arg. l.1. §. ſumma ff. de hù qui dejeceri vel effuder.* & quod principes ideo Regalia ab Imperatore habeant, ut iis propter excellentiam dignitatis regaliter utantur, h.e. regia manu vias publicas ſecuras, & latronibus, furibus, plagiariis ac prædonibus purgatas teneant *Minſing.d.Obſerv. 70.n.8. & 9.* verum etiam quod hanc ob cauſam pædagia exigant à peregrinantibus, ut loca illa tuta & ab omnibus damnis & latronibus ſecura conſervare velint *Gail.d Obſerv. 64.n.5. Wurmſ.d. Obſerv. miſcell.5. in pr.* cauſamq; hinc præbere videantur damni, quod viatores & peregrinantes prædonum ſcelere in viis publicis patiuntur ſi malis ejusmodi hominibus ditiones ſuas non purgent nec ſecuritatem viatoribus præſtent, qui autem occaſionem damni præſtat, is damnum ipſum dediſſe cenſetur. *l. qui occidit 30. §. pen. verſ. nam & qui occaſionem ff. ad L. Aquil. l.4. §.pen. verſ. eum qui cauſam ff. de vi bonor.rapt.* Aſt quicquid ſit, rationibus hiſce & aliis, quæ adduci poſſunt, tantum non defert *Bocer.tr. de Regalib. c.2.n.156.* ut omni caſu prædictam ſententiam obtinere exiſtemet, ſed gravioribus & firmioribus, ni fallor argumentis motus ſtatuit: Principes & Dominos territoriorum non eſſe obligatos ut mercatoribus aliisve viatoribus damnum illud reſarciant, quod in via publica prædonum ac latronum injuriâ contraxere; Etſi enim ex legum juſſu cujuslibet Provinciæ Præſes curare debeat, ut malis hominibus provinciam purget, & ad hoc diſpoſitos ſemper ſtationarios habeat milites quo pacata illa & quieta ubiq; eſſe poſſit. *l.1.§. quies. 12. ff. de off. præf. urb. l. Præſes 3. l. congruit 13. in pr. ff. de off. præſid. l.2. §. & omnes 4. C. de Offic. præf. prætor Affric.* attamen legibus iisdem nulla in ipſos Præſides certa eſt definita pœna, ſi in eo reperti fuerint negligentes, unde etiam arbitraria duntaxat illa cenſeri nec certa quædam à Dd. hic fingi debet per text. in *l.1.§.1 verſ. quibus nulla ſpecialis pœna ff. de Effracto l. 4. ff. de cuſtod. reor.* Accedit quod d. Receſſ. Imper. de An. 1559. §. damit dann die Obrigkeit/ cautum legamus: ut Domini territoriorum damnum reſarciant ſpoliatis, eo demum caſu, quo ipſis ſalvum dederunt conductum *v. th. præced. in fin.* extra caſum itaq; in illa conſtitutione definitum, ad reſarciendum damnum Principes & Dominos territoriorum non eſſe obſtrictos exiſtimo, cum novæ conſtitutiones ſtricte ſint accipiendæ, nec ad alios, quam de quibus

bus loqvuntur, casus extendendæ *l. præcipimus 32. §. ult. C. d. Appellationib.* Nec ad rem facere videtur quod Principes & Domini provinciarum, vectigalia sive pædagia à peregrinantibus capiant, nam jus illud exigendi vectigalia Principibus competit, vel ad angustiarum, in quas adducti sunt, solatium *l. 10. C. de vectigalib. & Commiss l. 1. C. vectigal. nov. instit. non poss.* vel etiam ad compensanda dispendia quæ tolerant illi pro publicis necessitatibus. *arg. l. secundum naturam 10. ff. de Reg. Jur.*

11. Et huic posteriori sententiæ, non immerito hac vice acquiesco, maximè cum noverim, nuspiam vel in toto Romano Imperio, vel extra illud, quam frequentes etiam sint deprædationes, Dominos territoriorum damnũ peregrinantibus illatum resarcire, nec de jure ad hoc obstrictos esse, nisi vel Salvum conductum iter facientibus dederunt. *d. Recess. Imper. de An. 1559. §.* damit denn die Obrigkeit de quo casu etiam accipiendus est. *Gail. 2. Observat. 64. in pr.* vel scivit robariam ejusmodi Princeps ac providere, potuit & prohibere & tamen non fecit. *Bart. ad l. ne quid 7. n. 2. ff. de Incend ruin. naufr.* qui enim auxilium potest impertiri ei, in quem impetus fit à prædonibus, & negligit illud, ipsos prædones fovere & culpæ eorum particeps esse videtur *arg. c. dilecto filio vers. & quidem de Sententia Excommunicat. c. non inferenda 29. quæst. 3.* vel deniq; si princeps de rapina certior factus, prædones confestim non persequatur ut capti digno subjici possint supplicio per text. *in Novell. 134. c. 4. vers. si enim præter hæc. c. administratores 23. quæst. 5.*

12. Quæri quoq; hoc loco non incommodè potest ad quem cognitio pertineat, & executio criminis in publica via commissi? Et licet magni nominis Icti sint, qui coërcitionem hoc in casu ad eum pertinere scribunt Magistratum, qui circum quaq; territoriũ & in eo jurisdictionem habet, veriorem tamen de jure illorum judico sententiam, qui statuunt hodie ad eum spectare debere cognitionem de homicidio in publica via commmisso, qui Regalia ibidem habet, si enim curare debeat ille, ut tutæ sint viæ & malis hominibus purgatæ *uti jam supra dictum est & quidem in th. 9.* utiq; etiam per consequens ipse cognoscere debet, si quid contra securitatem ibidem sit commissum, facit deinde quod viæ publicæ non pertineant semper ad Dominum, qui ibidem jurisdictionem habere dicitur, unde neq; cognoscere illum posse de iis, tanquam de re ad se non pertinenti, dicendum erit *Borch. ad c. unic. Quæ sint Regal. n. 25. Matth. Steph. lib. 2. de Jurisd. part 1. cap. 8. n. 44. Schneidw. ad §. fin. n. 8. Inst.*

Inst. de I. N. G. & C. Zang. de Excognitionib. part. 2. c. 1. n. 241. Arum Exercit. feud. 4. th. 18. Thom. Michael. de Jurisd. Rom. Imper. concluſ. 50. Verum major videtur & gravior controverſia, quid juris, ſi hominis occiſi cadaver ita proſtratum reperiatur, ut dignoſci ſatis non poſſit, an in via publica, an vero extra illam homo ſit occiſus? pone enim quod pars corporis occiſi contingat territorium ejus qui merum ibidem habet imperium, altera vero pars viam publicam. Et ſunt qui hoc in caſu cognitionem tribuunt ei, in cujus territorio caput, tanquam principalis hominis pars, reperitur *arg. l. 44. ff. de relig. & ſumpt. funer.* Sic alij è contra cognitionem illius eſſe exiſtimant, cujus in territorio pedes reperiuntur, cum verisimile ſit ibi homicidium commiſſum, ubi ſtetit homo qui occiſus eſt, ſtetiſſe autem ibi præſumitur ubi pedes ejus jacent *Thom. Michael. d. concluſ. 50. in fin.* Sed rectius facere illos exiſtimo, qui hoc in caſu tanquam dubio, ad utrumq; pertinere cognitionem aſſerunt, non tantum quod litium materia per hanc ſententiam amputetur, verum etiam quod & aliàs multa fieri ſolent dubitationis tollendæ cauſſa, quæ regulariter non fierent *l. qui mutuam in pr. ff. Mandat. l. quæ dubitationi ff. de R. L. Arum d. Exercit. feud. 4. th. 19. Niell. diſp. feud. 11. in Coroll. ſub. lit. C.*

Flumina navigabilia, & ex quibus alia fiunt navigabilia.

13. Flumina ſecundum *Varron. lib. 4. de ling. latin. & Iſidor. lib. 14. Etymol. c. 21.* à fluendo dicta, duplicia ſunt, alia enim publica appellantur alia privata *l. 1. §. 3. & 4 ff. de fluminib. & ne quid in fluminib. public.* Publica ſunt, quæ perpetuo currunt vel fluunt, & ad publicam navigationem commoda & apta ſunt, unde perennia etiam dicuntur *d. l. 1. §. 2. & 3. ff. de flumin public.* & navigabilia *d. c. unic. quæ ſint Regaliæ* qualia ſunt: Albis, Rhenus, Odera, Viſurgis, Varnus & ſimilia. Privata ſunt quæ perpetuo non currunt, ſed aquis ſæpius deficiunt, ita ut ad publicam navigationem apta non ſint, unde torrentia quoque, ſeu non perennia appellantur. *d. l. 1. §. 2. & 3. ff. de fluminib. public.* Hoc autem privatum flumen cum nihil à cæteris locis privatis differat *d. l. 1. §. hoc interdictum 4. ff. de fluminib. public.* facile exinde dignoſci poteſt, Imperatorem in n. c. unic. de publicis, tantum loqui fluminibus & de iis, quæ perennia ſunt & dicuntur. Qua ratione vero Flumina hæc Regalibus annumeravit Fridericus, inter Dd. non convenit, miſſis aliorum ſententiis, exiſtimo flumina hæc, proprietatis jure ad Imperatoriam Majeſta-

rem pertinuisse, & hac ratione regalibus illa adjecta fuisse *Petr. Gregor. Tholos. part. 1. Syntag. jur. lib. 2. c. Schneid. ad §. flumina n. 7. Inst. de Rer. divis. Cæpoll de Servit. rustic. præd. c. 2. n. 4. Niell. disp. feud. 11. th. 4. lit. C.* licet hodie quorumlibet per quorum territorium fluunt propria, inq; eorum dominio esse videantur. *Niell. disp. feud. 11. th. 4. lit. C.* Nec obstat hisce, quod dicitur. *in §. flumina 2. Inst. de rer. divis.* flumina scilicet omnia & portus publica esse; tractu namq; temporis, juribus hisce à Principibus terrarum plurimum detractum legimus, dum hi non fluminum modo; sed & maris Dominos se appellarunt FF. *in c. unic. Quæ sunt Regal. 2. F. 56. in verb. flumina navigabilia* prohibentq; navigationem non solventibus vectigal indictum, vel ex aliqua alia honesta causa *Peregrin. de jure fisci lib. 1. c. 1. n. 22. in fin.*

14. Ex hisce jam manifestum satis est, non posse privatum sine permissu Principis in flumine publico molendinum quoddam ædificare vel exstruere, licet illud non sit nocivum; In alieno enim solo, nemini ædifare licet. *l. quemadmodum 42. §. 1. ff. ad L. Aquilian. §. ex diverf. 31. Inst. de rer. divis.* Si vero quispiam ex licentia Principis in flumine publico molendinum jam habet, an alius supra vel infra illud, similiter ex principis indulgentia, sibi molam ædificare possit, quæritur? si fiat hoc, invito prioris molendini Domino, communiter & recte id negant Interpretes; Princeps enim eatenus hoc permittere videtur quatenus sine injuria & incommodo alterius fieri possit *arg. l. 2. §. merito ait 10 ff. ne quid in loc. public*, & omnia Principis privilegia sine præjudicio tertij concedenda, & concessa intelligenda sunt *l. nec avus C. de Emancipat. liberor. Jason ad l. fin. n. 20. ff. de Constit. Princip.* ubi ait. Privilegia Principum æquitati conformanda esse, etiamsi id verba non patiantur, confer *Gail. 2. observat 1. n. 14.* Quod si tamen novum molendinum ita longè remoto loco ex concessione Principis ædificetur, ut per illud non avertatur aqua à priori molendino, nec impedimentum creetur cursui hujus aquæ, tunc ædificationem novi molendini per veteris molæ possessorem prohiberi non posse, constans est Dd. opinio. Quid juris vero, si quis in privato suo flumine, ultra hominum memoriam molendinum habuit, & vicinus ipsius infra vel supra quoq; in eodem flumine, quod & per ipsius fundum discurrit, aliud ac novum velit facere molendinum? Affirmantium sententiæ patrocinium minimè denegandum censeo; In re enim sua, quæ vicinio nullam debet servitutem, ædificare pro suo arbitrio

arbitrio quis minime prohiberi debet *l. altius 8. & l. seq. C. de servitutib. & aqua* modo ædificet, sibi ut prosit, licet alteri noceat *l. 1. §. deniq; Marcellus 12. l. si in meo 21. ff. de aqua & aq. pluv. arcend Schneidw. ad §. fluminan n. 13. Inst. de rer. divis.* qui enim in re sua quid facit, non debet videri damnum facere, cum suo jure utatur *l. fluminum 24. §. fin. ff. de damn. infect.*

15. Occasione molendinorum & illa hic moveri potest quæstio: Si homines & subditi alicujus, longissimo tempore usi sint mola sui Domini, & postea propiori quodam loco extruatur mola alia, an tunc molendino sui Domini relicto, ad novam hanc molam accedere, an vero compelli possint à Domino, ut in futurum etiam ad molendinum ipsius eant? Prius affirmo, posse scilicet subditos etiam invito Domino molam novam accedere, cum ejus usum commodiorem habeant; In his enim quæ meræ sunt facultatis possessio vel quasi possessio nemini acquiri potest *arg. l. 2. ff. de via publica & itiner. public. refic. Schneidw. ad §. fluminan 15. Inst. de rer. divis.* ut proinde nec antiquæ molæ Dominus, ex longissimo illo tempore quasi possessionem hujus juris sibi acquisivisse, dici possit, & sic neq; præscriptionem prætendere, cum sine possessione nulla currat præscriptio *c. sine possessione d. Reg. Jur. in 6t.* limitatur tamen hæc assertio: nisi alibi molere volentes Dominus prohibuisset, & illi per legitimum tempus ad præscriptionem requisitum, ejusmodi prohibitioni acquieverint *Schneidw d. l. & in §. summa autem divisio n. 62. Inst. de Interdict.* nam tunc præscriptum esse illud jus, consvetudo & usus puotidianus adprobat, qui testatur variis in locis esse hujusmodi molas, quas vocamus Zwangmühlen/ dahin die Leute gezwungen werden zu malen an vero juri hoc & æquitati per omnia consentaneum, dubitare quis non immerito posset per illa quæ tradit *Petr. de Anchoran. consil. 11. & consil. 298 n. 4. usq; ad fin. & Bocer. tr. de Regalib. c. 2. n. 182.*

16. Huic regali fluminum navigabilium, annexum nonnulli autumant, Jus seu compendium naufragiorum Strandgerechtigkeit/ quo bona naufraga sibi vindicant Principes, existimantes ut flumina pertinere dicuntur ad Regalia sic bona etiam eorum, qui ibidem naufragium passi sunt, cadere in commissum, & pertinere ad Dominum loci, cujus est flumen *Carpz. de Regalib. conclus. 57. Dn. Lindem. Exercit. feudal. 2. c. 3. th. 25. Andr. Gail. 1. observat. 19.* De hoc jure autem sive potius

pessima consvetudine, quam in Gallia Hispaniæ Anglia & locis etiam nonnullis Germaniæ adhuc vigere & in viridi esse observantia constat, rectissime ait *Bodin lib. 1. de Repubt. c. fin. n. 171. statim in pr.* in hunc modum: *Barbarum id quidem, & antiquis inusitatum, ut cujus opes ac fortunæ naufragio miserè perierint, & quem nostrù opibus sublevare debeamus, ejus reliquias, quas ad littus ejectas bona fide restitui oportebat, turpiter diripi patiamur, sic tamen vivitur, ut qui portus habent, eam crudelitatem, tum in cives tum in peregrinos exequantur. Jus quæris? Error jus facit, at si non peccatur errore, sed scientia, scelus est, quod erroris specie prætenditur.* Et verè barbarum hoc dici potest & antiquis inusitatum, apud veteres enim Romanos actio dabatur in eum, qui naufragorum bona collegerat & abstulerat *l. 1. in pr. l. quo naufragiù 3 in pr. & l. fin. ff. de incend. ruin. naufrag. &c.* nec Fiscus hoc in casu majori gaudebat privilegio quam privatus, cum non tantum nullam auferendi justam causam prætendere potuit, sed potius summa æquitate ad restitutionem rerum perditarum teneri debuit, quid enim jus Fiscus habet in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compendium sectetur, inquit Imperator in *l. 1. C. de Naufragiis lib. 11.* Hinc Pessimam quoq; hanc consvetudinem omnibus in locis, laudabiliter satis sustulit Friderieus II. Imperator *per Constitut. de statut. & consvetudin. contr. libert. Eccles. editis §. navigia 9. & Auth. Navigia C. de furtis* & navigantibus bona sua integra reservari curavit, transgressores propriorum bonorum publicatione mulctando; Et hunc sicutus Carol. V. *in Constitut. sua criminal. artic. 219. ibi.* die vnd dergleichen Gewonheit wollen wir / daß eine jede Obrigkeit abschaffen vnd daran seyn sollen / damit sie hinfürder nicht geübet / gebrauchet oder gehalten werden / als wir denn aus Käyserl Macht dieselben hiemit auffheben / damit vernichten vnd abthun vnd hinfürder nicht eingeführet werden sollen. Hinc contra eos, qui ita naufragium passos spoliant, mandata sine clausula in Camera Imperiali decreta sæpè videmus ut in causa civitatis Hamburgensis contra Ducem Holsatiæ *Gail. 1. Observ. 18. n. 6.* in causa civitatis Lubecensis contra Comitem Oldenburgensem *Sixtin. lib. 2. de Regalib. c. 3. n. 95.*

Portus.

17. Portum alij derivant à græco πορθμὸς, quod est fretum maris, *Gothofr. in not. ad l. portus 59. ff. de V. S.* alij à portando nomen habere ajunt

ajunt *Borch. ad d. c. unic. Quæ sunt Regaliæ n. 38.* quod merces in eum portantur *d. l. portus 59. ff. de V. S.* unde veteres etiam portum, à bajulandis mercibus, bajas vocasse, docet *Isidorus lib. 14. Etymol. c. 8.* Vocatur etiam statio in jure nostro *d. l. portus 59. ff. de V. S.* à statuendo vel stando potius, quod navis ibi tuto stare possint *l. 1. §. stationem 13. ff. de Fluminib. ne quid in Flumin. public. &c. Gothofr. ibid.* item Angiportus *d. l. portus 59. de V. S.* quod conclusus locus sit, quo importantur merces, & inde vicissim exportantur juxta Ulpian in *d. l. portus 59. ff. de V. S.* quamvis angiportus etiam aditus in portum dicatur *Sext. Fest. lib. 1. Varro lib. 4. de Lingva latin.* Ex hisce jam satis superq; patet per portum hic non intelligi domum cujusq; in qua habitat, uti sumitur in ll. 12. tab. *cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito, Cujac. lib. 7. observat. 15.* neq; insulam sive domum eam, quæ à cæteris domibus legitimo spatio est sejuncta, & quidem mercium importandarum & exportandarum causa, vulgo Speicher *Carpzov. de Regalib. concluſ. 58. Gædd. ad d. l. portus 59. n. 2. ff. de V. S.* Sed locum, ut dixi, conclusum, quo importantur merces, & inde vicissim exportantur *l. portus 59. ff. de V. S.* & ubi naves simul tuto stare, & à ventis, procellis & pyratis secure esse possunt *l. 1. §. stationem 12. ff. de fluminib. ne quid in flum. publ.*

18. Quemadmodum autem ante Friderici tempora portuum & fluminum publicorum par fuit habita ratio §. *flumina autem 2. Inst. de rer. divis.* sic etiam Imperator tam portus quam flumina publica inter regalia referre & portus fluminibus statim subjungere voluit *d. c. unic. Quæ sunt Regal.* unde firmiter concludo, eâdem ratione ad regalia referri, flumina & portus; Imo tanto magis ad Principes & Dominos territoriorum pertinere Portus, quanto facilius cum onerariis navibus, classis quædam hostilis una subire, aut alia non admittenda mercimonia una subvehi possunt, *Arnis. de jure Majest. lib. 3. c. 5. n. 3.* Ad conservationem autem vel reparationem portuum quilibet, olim etiam privilegiatus, conferre tenebatur *l. ad portus 7. C. de Operib. public.* licet Civitatis istius, quam portus attingere videbatur, non erat civis, sed possessiones saltem sub illius jurisdictione habebat *l. fin. C. de Munerib. patrimon. Borch. ad d. c. unic. Quæ sunt Regal. n. 40.*

Ripatica.

19. Sequuntur Ripatica, quæ à ripa nomen habent, & est Ripa secundum Ulpian. *in l. 1. §. ripa ff. de fluminib.* id quod flumen continet,

vel secundum Paulum in *l. flumina 3. §. 1. ff. eod.* Ripa ea putatur esse quæ plenissimum flumen continet h. e. qua flumen, cum est plenissimum alluit *Borch. ad d. c. unic. Quæ sunt Regal. n. 52. in fin.* Sic littus dicitur esse, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit §. *est autem littus 3. Inst. de rer. divis.* vel secundum Ict. Celsum in *l. littus 96 ff. d. V. S.* quousq; maximus fluctus à mari pervenit, hoc est, quousq; mare cum maximum est excurrit *l. littus 112. ff. de V. S.* Per Ripatica autem intelligunt hic communiter Dd. tantum gabellas sive vectigalia quæ riparum causa solvuntur *Alvarott ad d. c. unic. Quæ sunt Regal. n. 2. Borch. ibid. n. 42. Gothofred. in not. ibid.* Et ripaticum vectigal esse illud, quod navigantes per flumen publicum ob id solvunt, quod ripam nave appellunt, & ad eam morantur consistuntq; aliquandiu, existimant *Sixtin. lib. 2 de Regalib. c. 5. n. 9. & Bocer. de Regalib. c. 3 n. 136.* quorum explicationem licet suo sensu ego plane non improbem, tamen an huic loco, ea vocabuli hujus significatio, tantum accommodari possit, admodum dubito? si enim solum pro vectigalibus seu gabellis id accipiamus, necesse est ut & portus, flumina, imo & vias ipsas non in propria sua significatione sumamus, sed pro vectigalibus portoriis & omnis generis proventu qui ex portu, flumine & via solvitur, conjungit enim hæc invicem Imperator Fridericus in c. h. unico, ut proinde verisimile sit, una eademq; ratione illa etiam ad Regalia pertinere; Jam vero nec portus, nec flumina, nec vias hic posuisse existimo Imperatorem, ut magis proventus, quos exinde percipere potest, denotaret, sed jus ipsum quod haberet in via publica, in flumine, in portu; Deinde si proventus & reditus hic intelligeret, Imperator, utiq; frustra & pro supervacaneo statim adjecisset vectigalia, hæc enim in genere nihil aliud sunt, quam proventus & reditus quos Principes ex iis rebus percipiunt, hinc *Cic. pro Manil.* Neq; ex portu, neq; ex Decumis, neq; ex scriptura vectigal conservari potest.

20. Per Ripatica itaq; hic intelligo omnia jura publica, quæ Princeps habuit in Ripis publicorum fluminum vel respectu vectigalium, vel respectu aggerum, vel etiam respectu juris transfretandi de ripa ad ripam *Peregrin. de jure fisci lib. 1. tit. 1 n. 24.* vel etiam respectu protectionis & custodiæ *Gothofr. in not. ad c. unic. quæ sint Regal. verb. Ripatica.* Quæ jura hodie non tantum Imperator possidet ac habet, sed & Principes reliqui inferiores & omnes Magistratus, quibus alias Regalia competere possunt, & quidem respectu vectigalium ut primo dixi: quia possunt

sunt Principes & Magistratus vectigal ejusmodi seu ripaticum imponere iis qui ripam nave appellunt, quod vulgo dicitur Strandgeldt ansetzen ut habeant quod in riparum refectionem & reparationem collocare possint, naturali enim æquitati consentaneum est ut quem commoda cujusq; rei sequvuntur, eundem etiam sequantur incommoda, *l. secundum ff. de R. J.* Nec obstat huic quod dictum est *in disp. 2. th. 3.* vec[illegible]ia imponere & erigere esse reservatum Imperatoris, quia accipiendum est illud, tantum de vectigalibus proprie ita dictis, quæ scilicet ob vecturã mercium fisco vel Reipub. præstantur & solvuntur. Habent etiam Principes & Magistratus jura ripatica respectu aggerum, cum curare non tantum debeant, ut reparentur & reficiantur ripæ verum etiam cogere possint quoslibet, presertim illos quorum prædiis adhærent, ut muniant eas, & collapsas restaurent. Tandem etiam respectu juris transfratandi de ripa ad ripam, quod ego accipio maxime de iis locis da offentliche Fähren seyn, ibi enim non quilibet pro lubitu sibi arrogare potest ut homines, jumenta & similia transportet, sed ij demum, quibus jus transfretandi de ripa ad ripam à Magistratu istius loci est concessum, die damit von der Obrigkeit belehnet seyn.

Monetæ.

21. Monetam à monendo dici, concors omnium videtur Doctorum opinio, vel quod imago & facies Principis monetæ inpressa, de subjectione maxime admonere debuerat eos, apud quos in valore erat uti non absurde colligi potest ex responso Christi Pharisæis dato *Matth. 22. v. 21.* vel quod de nostris temporibus, futura secula debeat admonere *Cassiodor. 6. variar. epist. 7.* vel quod moneat ne quid fraudis falsive in ipsa committatur *Coras. 3. miscell. controvers. 13. n. 3.* vel quod signi impressione, & certi authoris inscriptione de tempore pondere & valore nos admoneat *Rennem disp. controv. monet. in præfat. lit A.* Et sumitur in jure nostro aliquando pro officina publica seu loco in quo moneta publica cuditur *l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. peculat. & ibid. Gothofred. in not.* rectius pro massa quapiam idonea, publico charactere & valore constans, quo sensu idem est quod nummus, germanicè Münz. Est autem vocabulum generis, & omnem speciem vel quemlibet nummum continet, sine ullo respectu materiæ & formæ, sive argenteus ille sit sive aureus sive æneus etiam nummus, *argum. Rubr. & l. 1. C. de falsa moner.* licet aliquando in specie æneum magis denotet atq; argenteum & tunc

aureo

aureo opponatur, *ut in reformat. Polit. de An. 1548. sub tit.* von wucherlichen *Contracten §. item* das etzliche *ibi:* allein Geld an Münt hinweg leihen/lassen doch die Verschreibung auff Goldt stellen/Quis autem primus nummi inventor fuit, & primum argentum & æs signavit, apud antiquitatum scriptores admodum dubium est; Alij Cain fratricidam illum authorem laudant, Alij Tubal-Cain, qui malleator & faber in cuncto æris & ferri opere perhibetur *Gen. 4. v. 22.* acceptum ferunt, alij Noam inventorem existimant, alij ad Tharen patrem Abrahæ referunt, alij Lydis primo asscribunt *Cælius, antiq. lection. lib. 5. c. 43. & lib. 11. c. 4. Polidor. Virgil. de invent. rer. lib. 2. c. 20.* Verùm quicquid sit, illud ex sacris literis constat, longo retrò tractu ante Romanos apud primas gentes & ipsis Abrahami temporibus signaturum æris viguisse *Genes. 13. v. 2. & c. 20. v. 16.* hinc passim in sacris bibliis crebra Siclorum & argenteorum fit mentio; certum autem est non uno & eodem tempore apud omnes peræque gentes pecuniæ usum receptum aut cognitum fuisse, cum nihil ita dici possit juris gentium, quod non unus aliquis populus sibi primò sit commentus *Conan. lib. 1. comment. c. 5. n. 7. & 8.* Sed tractu temporis tacito demum aliorum consensu adprobatum. Sic primitus Romani non statim usi sunt ære signato, pecudibus enim & jumentis, bobusq; res permutare, sontesq; plectere solebant, ut ait *Alex. ab Alexand. 4. Genial. dier. 15.* Ære quoq; gravi usi sunt, quo appenso non numerato, debita exsolvebant *idem Alex. ab Alex. d. l.* & primum à Servio Tullio, vel ut alij volunt à Numa Pompilio pecunia percussa dicitur, licet propterea non statim à gravi ære pretij nomine, quod inter licentem ementemq; convenerat, exsolvendo desitum, sit cum post decemviros etiam ære gravi Romanos adhuc usos fuisse, debitaq; exsolvisse, authores tradant. *confer. Alex ab Alex. d. l. pag. mihi 218.*

22. In omni autem Republ. prudenter constituta, solius Principis semper fuit jus monetæ, quippe quod maximè fecerit ad Reipubl. conservationem, & quo post ipsam legem in Republica nihil fuerit utilius, *attestante Bodin. lib. 1. de Repub. c. 10. n. 267. & in Paradoxis adversus D. de Malestroit.* sine quo etiam Respubl. vix diu stare poterit *Sixtin de Regal. lib. 2. c. 7. n. 14.* De Regibus Persarum constat, quod aureos illi nummos sua signaverint imagine, qui inde darici dicti sunt, à Dario scilicet, *Herodot. lib. 4.* Idem de Macedonibus fertur: nam Philippus Rex Macedoniæ & magni istius Alexandri Parens, nummos sub sua imagine cudi jussit,

jussit, qui Philippi seu Philippei dicebantur, quorum mentionem fieri videmus non tantum in jure nostro *l. Quintus Mutius 27. §. cui legatum 4. in fin. ff. de aur. & arg. legat.* sed passim etiam apud Plaut. apud Horat. *lib. 2 Epist. 1.*

Gratus Alexandro Regi magno fuit ille
Charilus, incultis qui versibus & male natis
Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos,

Theseus Athenienssium Rex monetam figurâ bovis signasse dicitur, *Plutarch. in Theseo.* De Rege Persarum refert etiam Herodot. quod Ariandrum Præfectum Ægypti securi percuti jussit; quod publicos nummos sua imagine signasset *Clapmar de arcan. Imp. lib. 1. c. 16.* De Ungaris annotatum reliquit Otto Frisingensis: *Nullus in tam spatioso ambitu, Rege excepto, monetam vel telonium habere audet, Clapmar. d. l.* In Gallia & hodie hoc jus, præter Regem & Principem Auraniæ, vix ulli competere constat, nisi quod Comites Blæsenses illud quondam habuisse testentur nummi passim reperti *Golnitz in Itinerar. gallic. pag. mihi 261.* quod & de aliis nonnullis asserit *Bodin. d. c. 10. n. 167 in fin.* Regem Angliæ quoque jus monetæ cudendæ ita sibi vindicare novimus, ut eam nullibi, quam in turri Londinensi insigniri patiatur.

23. In Republ. Romana jus illud, semper quoq; penes illum fuisse dicitur, penes quem fuit ipsa Majestas; Ab initio enim & quidem primis temporibus, Reges hoc sibi præcipuum habuisse constat; Numam Pompilium ex boum coriis nummos percuti jussisse existimat *Alex. ab Alexand. 4. gen dier. 15.* exinde, quod scorteos asses congiarium populo dedisse fertur *idem Alex. ab Alexandr. d. l.* Servium Tullium nota pecudum æs signasse idem notat *Alex. ab. Alex. d. l. pag. mihi 218.* Exactis postea Regibus id jus penes populum fuisse observavit *Rosin. lib. 8. antiquit. p. 2. c. 20.* qui tamen triumviros tandem constituit, seu tres viros monetales, ut eos vocat *Pompon. Læt. lib. 1. de Magistr. Romam. c. 24.* illisq; curam monetæ demandavit. Signarunt quoq; triumviri hi, nummos publicos, adjunctis hisce literis: III. VIRI. A.A.A.F.F. hoc est, Triumviri Ære argento auro flavo ferunto, vel ut alij explicant: Triumviri auro, argento æræ, flando feriundo. *Bodin. lib. 1. de Republ. d. c. 10. n. 168.* unde etiam æris, argenti, auriflatores appellantur in *l. 2. §. eodem tempore 30 ff. de origine jur.* Tandem vero per L, Regiam hoc jus in Principem seu Imperatorem

torem translatum esse ex *l.1.ff. de Constit.Princ.&. §. sed & quod Principi Inst. de jur.nat.gent. & civil.* luce meridiana clarius eluceſſit, & Principes ad Conſtantini usq; tempora ſartum illud tectumq; ſibi ſemper reſervaſſe colligi poteſt ex *l.2.C. de falſ. mon. In monetis enim tantummodo noſtris* [inquit ibidem Imperator] *cudendæ pecuniæ ſtudium frequentari volumus, cujus obnoxij majeſtatis crimen committunt.*

24. Rectè itaq; Icti omnes, uno ferè ore ad Regalia & quidem majora referunt Jus monetæ, *Cujac. Borch. & Dd. communiter ad c. unic. Quæ ſunt Regal. Zaſ. Epitom. feud. part. 5. n. 14. Peregrin. de jure fiſci lib. 1. tit. 1. n 25. Bodin de Republ. lib. 1. c. 10. n. 167 verſ. nummi vero percutiendi jus Clapmar. de arcan. Imper. lib. 1. c. 16. Bocer. de Regalib. c. 2. n. 222. & ſeqq. Carpz. de Regalib. concluſ. 42. Rumelin. part. 3. ad aur. bull diſſer. 5. th. 19. Beſold. lib. 1. polit. c. 4. n. 50.* cum nullatenus fiſci ſed Majeſtatis jus ſit, hoc eſt, non ad compendium ærarij in reditu, ſed ad dignitatem imperij, in decore conſiſtat, *Receſſ. Imper. de An. 1579.* §. Als dann auch etc. ibi: ſondern wie wir ſelbſten den heiligen Reiche zu Ehren vnnd Wolfahrt brauchen ſollen imo ſacrum ſacrorum appellant, quod olim non niſi in æde Junonis à triumviris monetalibus ſolebat exerceri *ex Pomp. Læt. Arniſ. lib. 2. de jure Majeſt. c. 7. n. 4.* & rectius inter reſervata, quæ κατ' ἐξοχὴν ita dicuntur, enumerant, reſpectu ſcilicet priſtinæ originis, de qua hactenus, & ſecundum quam jus cudendæ monetæ ipſis Imperatoris oſſibus cohærere dicebatur *Weſenb. conſil. 60. n. 31. Dn. Arum. Exercit 5. ad aur. bull. th. 9.* Verum cum tractu tandem temporis in Italia primo Epiſcopi & Civitates jus hoc monetandi ſibi arrogaverint ut non abſurde colligere poſſumus ex *c. unic. Quæ ſunt Regal. 2. F. 56.* Deinde Regem quoq; Bohemiæ & ante Caroli IV. tempora præſcriptione immemoriali id ſibi acquiſiviſſe, ipſe Carolus IV. quodammodo fateatur, *in aurea bulla. tit. 10.* tertio & reliquis Electoribus de novo ſimul illud indulgeat ipſe Carol. IV. per text. in *d. tit. 10. in fin.* licet alij de auro id tantum accipiant & Principes Imperij etiam ante Carolum IV. jus monetandi nummos argenteos exercuiſſe exiſtiment *Hanſman de re monetar. reſolut. 10. lit. D.* Tandem non ſolum hiſce, ſed & aliis Principibus, Comitibus, Civitatibus liberis & imperialibus hoc jus acquiſitum eſſe, ſatis ſuperq; uſus doceat & experientia, non immerito hodie inter communicabilia referimus Regalia *d. c. unic. quæ ſunt Regal. ibi monetæ* quis enim

enim nescit verissimum esse quod ait Zasius: *Hodie & civitates aureas monetam cudunt, quod est abominabile Epit. feud. c. 5. 14.*

25. Et licet non nisi statibus Imperij qui jura Principis & Regalia habere dicuntur, communicare deberet jus monetandi Imperator, non tantum quod reliqui, propter regalis dignitatis excellentiam, incapaces videantur Regalium, verum etiam, ne superioris majestas vilescat, si inferioribus indifferenter communicentur illa, tamen ab hoc puncto sæpe recessere Cæsares & quidem non sine magno status publici offendiculo *Budel. de monet. & re nummer. lib. 1. c. 4. n. 5. Arum. discur. 5. ad aur. bull. th. 9. in fin.* novimus enim non tantum civitatibus municipalibus communicasse Imperatores jus monetandi, verum etiam aliquando plane privatis *Carpzov. de Regalib. th. 42.* quod tamen cum non videbatur è re esse Imperij, per novissimas capitulationes Rudolph. II. Matthiæ & Ferdinand. II. jam maxima ex parte correctum legimus, ibi namq; promisere prædicti Imperatores se absq; consensu Electorum nemini, cujuscunq; etiam status & dignitatis ille sit, jus monetandi inposterum concessuros: verba in capit: Ferdinand II. *sub tit.* Begnadung mit Müntz Freyheit vnd auffhebung mißbrauchter Privilegien sie haben: Wir sollen vnd wollen auch hinführo ohne vorwissen der sechs Churfürsten/ niemands/ wes Standes oder Wesens er sey mit Müntzfreyheiten begaben oder begnädigen/ auch wo wir beständig finden das die jenige Stände/ denen solches Regal vnnd Privilegium verliehen/ dasselb dem Müntz Edict zugegen mißbraucht/ ihnen dasselbig/ vermög der dispositionen in den hierüber verfasseten Constitutionibus nicht allein zu suspendiren, sondern die jenigen welche dasselbige Regal mit der Churfürsten Bewilligung erhalten/ dessen gantz priviren, vnd ohne Vorwissen der Churfürsten dazu nicht restituiren, vornehmlich aber bey den Städten so dem Reich immediate nicht/ sondern den Reichs-Ständen vnterworffen revociren, cassiren, vnd hinführo ferner nicht ertheilen/ auch sonst den geringern Ständen/ mit dergleichen oder anderen Privilegien, ohne Miteinwilligung der Churfürsten/ viel weiniger zu derselben Privilegien Verhinderung vnd Abbruch/ nicht wilfahren.

26. Neminem autem in toto Roman. Imperio esse existimo, de quo, si Imperatorem excipias, verè dici possit, quod jus monetæ propria habeat authoritate & jure, sed omnes, quotquot etiam illud habent, ex

concessione Imperatoris vel tacita vel expressa habere & soli Imperatori acceptũ hoc ferre debent, quod partim ex sequentibus etiam manifestius fieri potest, 1. quia monetis Imperialis den Reichs Müntzen/ [quæ nimirum in toto Imperio expendi & solvi possunt] semper ferè Aquilam imprimi videmus newe Müntzordnung *Ferdinand. I. de An. 1559.* §. Wie aber vorgestellete Sorten etc. vers. vnd soll nehmlich quamvis hoc ipsum ab Electoribus & Principibus peræque non observari constet. 2. quia ipse Impetator fatetur, habere status monetales hoc jus monetæ ex singulari sua concessione *Recess. Imp. de An. 1570.* §. als dann auch die Müntz Gerechtigkeit ibi: sondern vnser Käyserlich Regal so die Müntzstände aus vnsern sondern Vertrawen etc. *& Recess. Imp. de An. 1551.* §. so haben wir vns. ibi: dergleichen die jenigen so von vns oder vnsern Vorfahren in Reiche mit dem Regal der Müntz befreyet seyn. 3. Quia imperatores jus monetandi die Müntzgerechtigkeit suum proprium Regale vocant: *d. Recess. Imper. de An. 1570.* §. als dann auch etc. ibi: die Müntzgerechtigkeit kein Merckans/ sondern vnser Käyserlich Regal. 4. Quia jus seu exercitium hoc monetandi, quod status habere dicuntur, certis legum monetalium cancellis constrictum videmus; de quibus passim in Recessibus Imperij, cum enim in nulla re, propter avaritiæ familiare incentivum peccetur frequentius, neq; Reipublicæ noceatur pestilentius, sæpè sæpius promulgatæ sunt constituiones, ordinationes, Edicta monatalia cum comminationibus pœnarum & clausulis severissimis, quorum insigniores sunt *Ferdinandi I.* Newe Müntzordnung *de An. 1559. Edictum monetale de Anno 1551.* zu Augspurg/ *Caroli V.* Newe Müntzordnung *de An. 1524. & nonnulla alia quæ in unum congressit Noa Meurer. in compend. Recess. Imper. & Autor* des *Extracts* aus allem Reichs vnd *deputations* Abscheiden/ von Müntzwesen. Hinc dependet 5. quia nec vendere rursum hoc jus aliis, nec locare nec alio modo concedere, sed ipsimet tantum eo jure uti debent, ut expresse constitutum est in *Recess. Imper de An. 1551.* §. so haben wir vns auch etc. *vers.* dergleichen die jenigen/ *& d. Recess. Imper, de An. 1570.* §. als dann auch ibi: derhalben wollen wir nochmahlen allen vnd jeden so Müntzgerechtigkeiten haben/ hiemit ernstlich geboten haben/ ihre Müntzen durch keinen Weg anderen verkauffen/ zuverleyhen oder verlegen zulassen/ viel weniger mit den Müntzmeister/ Wochentlich/ Monatlich/ oder durch einig ander Mittel den Gewinn zu theilen etc.

27. Obser-

27. Observent deniq; & illi, quibus jus monetæ competere diximus ut nummi primo formam deinde materiam non adulteratam & tertio plenum pondus habeant juxta *Novell. Leon. 52.* bonitas enim & veritas nummorum in tribus hisce consistere existimo, in qualitate scilicet materiæ, ponderis justitia, & publici characteris impressione, *Constit crimin. Carol. V. artic. 111. in pr.* ex quibus etiam cujusvis monetæ perfectionem censeri ait *Arum. Discurs. 5. ad aur bull. th. 9.* Et quidem primo materiam ipsam quod attinet, sciendum ex communi omnium gentium consensu, electam esse illam, & quidem in metallis selectioribus consistentem, Aurum scilicet Argentum & Æs, non tantum quod magis certa & constans sit horum apud saniores gentes æstimatio, quam ulla alia res fungibilis, verum etiam quod magis sint tractabilia & durabilia, uti Dd. communiter opinantur. Proba autem sit necesse est materia & non adulterata *d Novell. Leon. 52. Constit. crimin. Carol. V. artic. 111.* Hinc solidos veterum Principum veneratione formatos, ita demum tradi ac suscipi ab ementibus & distrahentibus jussere Imperatores, in *l. 1. C. de veter. nummi potest* si debiti ponderis fuerint & probæ speciei hoc est materiæ *Gothofr. & Dd. communiter in d. l. 1. C. de veter numismat. potest* Et extant hanc in rem Caroli V. de An. 1551. Ferdinandi I. de An. 1559. Maximiliani II. de An. 1566. & alia Imperatorum Edicta monetalia, certam non tantum formam. sed & materiam & ligam justam tam in minutis quam grossis nummis constituentia.

28 Consistit autem materia nummorum in duobus hisce Schrott vnd Korn/ nec indifferens est horum terminorum usus maximè apud artis monetalis peritos, sed Schrott additamentum est vilioris metalli & bonitatis quasi temperatura, Korn vero nucleus est in mera metalli puritate consistens; Ex compositione autem materiæ & æquabilis istius additamenti quod resultat, Liga appellatur, quæ arbitraria non esse debet nec fortuita, sed in singulis monetæ speciebus, secundum gradus puritatis pedem, ubi sistitur, fixum & determinatum habet, quem nes Dominis, nec Magistris monetalibus excedere licet. *Edict. monet. vel* Newe Müntzordnung *Ferdinandi I. de Anno 1559. in pr. Arum de re monetal. c. 10. vers. liga illa vol 5. de jure publ.* Et licet mixtura hæc priscis temporibus LL. Corneliâ & Julia repetundarum fuerit prohibita & in nonnullis regnis adhuc improbetur *Bodin. lib. 6. de Repub. c. 6.* Licet etiam Maximilianus I, in reformanda restauranda & reparanda re monetaria

summam operam impendit & remedium præcavendæ falsitati optimum esse duxit ut nummi ex matallo puro cuderentur *uti Goldast. in Catholico Juo probat* mores tamen nostri, & leges monetariæ mixturam ejusmodi admittunt, partim ob utilitatem & necessitatem, ut in aurea moneta, partim ob compendium, In argenteis enim nummis, non neneccessitas sed compendium mixturam æris induxit, & quidem ad compensationem tantum expensarum monetalium, quamvis hodie eà etiam ad lucrum abuti soleant nostrates, non obstante, quod publica Imperij lege ad certum pedem sit definita *Arum. c. 9. de re monetal. quæ extat in d. vol. 5. jur. publ c.*

29. Et licet in nummis non tam considerandam materiam quam solam quantitatem vel æstimationem, quasi ex ea tota vis numismatis dependeat, magni nominis viri anxie satis proponant & inculcent, abutanturq; ad hoc sententia *l. 1. ff. de contrah. empt.* authoritate itidem Principum & veterum exemplis, qui ex vilissima etiam materia, corio, papyro, ferro monetam cudi & exponi permiserunt *Arnis. lib. 2. de jure Majestat c. 7. n. 7.* Erroneam tamen illorum esse opinionem intrepide asfero; Materia enim non modo pars est æque principalis & consubstantialis, verum etiam basis, radix, mensura norma & fundamentum valoris ut taceam jamq, uod in permutationibus, quarum medium nummus esse perhibetur, requiratur æqualitas, illa autem mercis & nummi vix esse poterit, si nulla aderit valoris & materiæ commensuratio. Concludo itaq; non verè nummos esse illos qui ex stanno, plumbo, corio, papyro & simili quadam materia extraordinaria conficiuntur, sed vel injustos dici posse, ut Tyrannorum & Dionisij, qui suos ferreis & stanneis nummis uti coëgit; vel vice tantum nummorum fungi, ut sunt, qui summæ Reipublicæ afflictioni inserviunt & ex urgentissima necessitatis causa in locum verorum nummorum subjiciuntur, qui tamen, cessante illa necessitate, cum veris & genuinis iterum sunt permutandi uti notant *Andr. de Isernia n. 13. & Afflict. n. 9. in c. unic. Quæ sunt Regalia Schneidw. de feud. part. 2. n. 119.*

30. Alteram nnmmorum bonitatem, in ponderis consistere justitia, dixi supra; Est autem pondus, materiæ certa quædam & lege definita quantitas, in gravitate naturali consistens, cujus reductio regulariter fieri solet ad marcham Colonienſem uti constat ex *Edicto monetali sive* Newe Münzordnung *Ferdinandi I. de An. 1559.* ibi enim in principio

ferè

ferè disponitur in hunc modum: Ein Stück das einen Reichsgülden oder sechtzig Creutzer gelten / sollen auff die Cöllnische Marck gehen zehendhalb Stück / item: Zwey Stück die ein Reichsgülden / vnd derselben Stück eins dreyssig Creutzer gelten / sollen auff die Cöllnische Marck gehen neunzehen Stück. & in §. Es seynd auch auff etzlicher &c. ibi: Ein Reichsgroschen deren ein vnd zwantzig Stück sechtzig Creutzer gelten / sollen auff die Cöllnische Marck gehen hundert vnd neundhalb Stück. item: Sundische Schilling oder Sechsling deren acht vnd viertzig Stück sechtzig Creutzer gelten / sollen auff die Cöllnische Marck gehen ein hundert sieben vnd achtzig vnd ein halb Stück item Lübische Pfenning deren zwey hundert acht vnd achtzig / sechtzig Creutzer gelten / sollen auff die Cöllnische Marck gehen / sechs hundert vier vnd funfftzig Stück. Et si deficit in nummis vel ponderis hujus justitia, vel etiam materiæ bonitas, tunc solet non tantum Imperator in ordinem illos & ad minorem valorem redigere uti factum videmus Augustæ, Vindelic. An. 1559. per Edictum monetale tunc temporis ibidem factum, §. aber folgende Thaler *&c. cum §. seqq.* quod etiam quemlibet Principem in sua Provincia imo Magistratum in sua civitate facere posse, usus nos docuit & experientia, Verum etiam plane illos reprobare & ex imperio relegare solet, cum termino tamen, ne ex mutatione ejusmodi, damnum quis facile sentiat *d. Edict. monet. sive* newe Müntzordnung *Ferdinandi I de An. 1559. §.* Vnd nach deme die frembde &c. ubi terminus sex mensium est constitutus.

31. Tertiam nummorum bonitatem in forma seu publici characteris impressione consistere dixi, ut sit & materiæ probæ, & ponderis etiam justi quædam testificatio. Et hoc est quod dicitur in *l. 1. ff. de contrah. empt. & vendit, materia forma publica percussa & in d.* Newe Müntzordnung *Ferdinandi I. de An. 1559.* §. wie aber vorgestellete Sorten &c. ibid. vnd soll nehmlich in den obgemelten Sorten / auff der eine Seiten vnser vnd des Reichs Käys. Adler mit zweyen Köpffen / vnd des Reichs Apffel in des Adlers Brust / vnd in demselben allwegen die zieffer / wie viel Creutzer dasselbe Stück gelte / gesetzet werden / mit der Vmbschrifft FERDINAND. IMP. AUG. P. F. DECRETO. Auff der ander Seiten / des Müntzherrn oder Stands Wapen / mit sampt seiner gewöhnlichen Vmbschrifft vnd der Jahrzahl wo die zum füglichsten zu stellen. Ita ut hinc videmus, prius fieri, in signum recognitionis, licet vix

peræque

peræque ab omnibus hodie observetur, posterius autem in fabricantis memoriam & familiæ decus ac gloriam.

32. Ex hactenus autem deductis apparet jam I. Quod si quis extra modum acquirendi legitimum, præscriptionis scilicet & concessionis, propria authoritate & sine jure hoc regale usurpet, indistincte is delinquat, in Imperatorem, unde etiam in jure nostro reus dicitur Majestatis *l. 2. C. de falsa moneta & ibid. Gothofr. in not.* nec non crimen falsi commisisse *l. qui falsam 19. ff. ad L. Cornel. de falsi.* ettamsi moneta alias justa sit, & ponderis ac pretij æqui *Menoch. de arbit. casu 316. n. 14. Besold. lib. 1. polit. c. 4. n. 51. § ex hactenus.* II. Falsitatem committi si quis plane ex aliena materia, videlicet stanno, plumbo, ferro nummos percusserit, aut si æs pro argento suppositerit *l. quicunq; 8. & l. seq. ff. ad L. Cornel. de falsi.* vel si legitimæ bonitati & ponderi, aut per misturam aut per rasuram & circumcisionem aliquid detraxerit *d. l. 8. verb. raserit l. 9. ibi vitij quid addiderit ff. ad L. C. Cornel. de falsi.* III. Quid respondendum ad quæstionem illam, An ex auro Alchymistico moneta cudi possit? cum enim illud verum & genuinum aurum non sit, sed in veris proprietatibus à nativo auro maxime differat *Keller. de off. jurid. polit. lib. 2. c. 19.* cumq; adeo rarò contingat, ut censendum non contingere *Bernhard. Zleritz in not. ad constit. crimin. Carol. V. artic. 111. in verb. metallum minus pretiosum.* sequitur pro adulterata moneta habendam esse, quæcunq: ex tali auro formatur vel cuditur, ut non immerito gravissimam etiam pœnam imposuit ejusmodi impostoribus Pontifex in *c. Extravag. lib. 5. de crimin. falsi.* IV. Æque falsitatem committi si quis characterem alterius Principis suo nomine dolose usurpet, id enim perinde est ac si signum adulterinum sculpsisset *l. 30. ff. ad L. Cornel. de falsi. Constit. crimin. Carol. V. artic. 111. ibi:* Wann einer betrieglicher Weise eines andern Zeichen darauff schlägt.

33. Pœna hujus delicti apud varias gentes varia quoq; fuit: Ægyptij adulteratoribus hisce manus amputarunt *Diodor. Sicul. lib. 2. de leg. Ægypt. c. 3.* In Svecia, liquefactâ monetâ suffocari falsarios author est *Olaus Magn. lib. 6. c. 3.* In Gallia cacabis oleo bulliente plenis injici ex *Petr. Greg. Tholos. Syntag. lib. 31. c. 15. n. 3.* docet *Schonber. lib. 4. polit. c. 30. in fin.* Hodie vero in Imperio nostro Romano, si quis sine singulari privilegio monetam quamvis rectam & non adulterinam cudit, vel radendo justum monetæ pondus detrahit, is vinculis traditus, consilio Icto-

rum

rum habito, pœna corporis aut bonorum pro ratione criminis coerceri, debet *d. constit crimin. Carol. V. artic. iii. vers.* Welche aber der Müntz jhre rechte Schwere etc. qui vero falsam monetem cudit & adulterinam, vel eam permutat, aut sciens prudensq; exponit eum juxta consvetudinem & juris scripti normam, ignis pœna affici fas est juxta *d. constit. criminal. artic. iii. ibi.* welche falsche Müntze machen nulla adhibita distinctione superiorisne an inferioris moneta sit adulterata vel cusa, textus enim simpliciter loquitur, & differantiam non facit inter monetas Imperatoris aut Principum inferiorum & aliarum civitatum, sed æquali pœna utriusq; adulatores persequitur, *d. artic. iii. ibi.* welche falsche Müntze machen/zeigen/ oder dieselbe falsche Müntze auffwechseln/ item: welcher aber der Müntz jhre rechte Schwere gefährlicher Weiß benimpt/ etc. Accedit quod omnis moneta, Imperij moneta sit & dicatur, cum non à civitate, nec à Principe sed ab Imperatore authoritatem habeat, Imperatoria enim authoritate certam materiam, certumq; pondus cuiq; nummorum speciei præfinitum esse videmus *ex Receff. Imperij de An. 1559. & Receß. Imperij de An. 1566. & ex edicto sub. An. 1571. post comitia spirensia publicato confer. Bernhard. Zieritz in not ad Constit. criminal. Carol. V. artic. iii. in verbo ignis pœna afficiuntur.*

Potestas constituendorum Magistratuum ad justitiam expediendam.

34. Magistratus per derivationem à Magistris cognominari inquit Ict. in *l. cui præcipua 57. vers. quinetiam ipsi ff. de V. S.* cui enim præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quam cæteri diligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præsunt, debent, hi Magistri appellant, *d. l. cui præcipua 57. ff. d. V. S.* Potestas autem creandi Magistratus illi semper competit penes quem summa fuit potestas, magistratum namq; creare, non est eligere aut nominare aliquem cui Magistratum commendatum velimus, ut recte inquit *Arnis. lib. 2. de jure Majestat. c. 4. n. 1.* sed & eidem vim, potestatem ac jurisdictionem in quibus Magistratus officium potissimum consistit, attribuere, hæc autem nemo alteri mandare potest, nisi ipse ea habeat, & quidem proprio suo jure *arg. l. nemo 54. ff. de Reg. Jur. l. 1. & l. fin. ff. de off. ejus cui mandat. est jurisdict.* Sic apud Romanos exactis Regibus solum populum Magistratus constituisse, vel exinde patet: quod Valerium Publicolam legem tulisse constat, qua cavit: ne quis Romæ Magistratum gereret, nisi à populo eum accepisset,

capitali ſtatuta pœna in eum, qui contra feciſſet & immunitate promiſsâ ei, qui ipſum occidiſſet, *v. Liv. lib. 2. & Plutarch. in Valer. Public.* Translatâ vero omni poteſtate in Imperatorem, ad ejus quoq; curam magiſtratuum creatio pertinere cœpit *l. 1. in pr. ff. de L. Julia Ambitus* illeq; non tantum Præfectos, ſed & Conſules, reliquosq; Magiſtratus ſuperiores, ſolus conſtituebat, adeo ut Zonaras recte dixerit: *Creatio magiſtratuum pars maxima eſt munerũ Imperatorij* & Fridericus I. in *Conſtit. de pace Conſtantiæ compoſita* §. *Privilegia*: *Unaquæq; civitas à nobis Conſulatum recipat, conſequenter itaq; in ſingulis civitatibus conſules conſtituentur à nuncio noſtro, qui ſit in civitate, & ſi præſentes fuerimus, à nobis ipſis.*

35. Ex hiſce jam conſtat, rectiſſime quidem poteſtatem hanc inter majora & quidem reſervata Regalia referri debere, cum olim ut dictum eſt, ſolius illa fuerit Imperatoris; Verum cum & Friderici jam tempore, ipſi Imperatores ab hac ſua poteſtate eatenus receſſerunt, ut Epiſcopis quoq; Magiſtratum conſtituere permiſerint uti ſatis ſuperq; id colligi poteſt ex *d. conſtit. Frider. de pac. conſtantiæ compoſita in* §. *privilegia. ibi*: *ſi Conſules per ipſum Epiſcopum conſulatum recipere ſolent, ab ipſo recipiant, ſicut conſveverunt recipere* & hodie etiam eò deventum videmus, ut ſinguli Principes & Domini territoriorum in ſuis Provinciis & terris Magiſtratus ejusmodi conſtituant, ſingulisq; ferè civitatibus Judicem præficiant, quem in nonnullis locis, den Burg Grafen/ alibi Stadtvogdt appellamus, imo cum & civitates municipales, quibus Princeps aut Dominus omnimodam Jurisdictionem vel vendidit, vel donavit, vel alio quodam titulo conceſſit, hodie propria etiam authoritate Magiſtratus ſibi creare & conſtituere, ſole meridiano clarius ſit, non immerito hanc poteſtatem inter communicata, ſeu communicabilia refero Regalia.

36. Creantur autem Magiſtratus illi, ad juſtitiam expediendam ut ait Imperator Fridericus in *c. h. unic. Quæ ſint Regaliæ* cum nulla major peſtis Reip. ſit, quam injuſtitia, & è contra omnium Rerump. & regnorum fundamenta juſtitiâ nitantur *Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 15. n. 30.* Juſtitia enim virtus eſt illa, ſine qua nihil in Imperij adminiſtratione laudabile efficitur, *Cicer. lib. 3. offic.* quâ remotâ, Regna nihil aliud ſunt quam magna latrocinia, *teſte Auguſtino lib. 4. de Civit. Dei.* Et quantum eſt inquit Ict. in *l. 2. §. poſt originem 13. ff. de Orig. Jur.* Jus in Civitate eſſe, niſi

ſint,

sint, qui illud exequantur dicant & decernant, quiq; bene de Repub, meritis præmia, sceleratis vero & facinorosis supplicia irrogent, *Bodin. lib. 4. de Repub. c. 6.* Hæc virtutis est quam sacræ literæ magistratui maximopere commendant Diligite justitiam inquit Salomon *lib. 2. Sapient. c. 1. vers. 1.* qui judicatis terram & *Proverb. 19.* qui judicat in veritate paupere res ejus thronus in æterno firmabitur. Deus ipse *Deutr. 19. in pr.* ait: Judices & Magistros constitues in omnibus portis tuis qui judicent populum justo judicio, nec jus inflectant. Hæc virtus est illa, quæ plurimos Reges & Principes perpetua nominis celebritate mactavit, Aristides nec in hunc usq; diem Justus audiret, nisi vivus pro justitia pugnasset strenuo, Philippum nescio an magis res præclare gestæ commendent quam Justitia? indulgebat, enim amicis *inquit de illo Plutarch.* sed quatenus licebat integra Judicis opinione. Quis Cambysen ignorat, qui injusti cujusdam judicis pellem ex corpore detractam, sellæ intendi, & in ea filium ejus judicaturum considere jussit? *Valer. Max. lib. 6. c. 4.* In justitiæ itaq; administratione omne officium Magistratus consistere debet; Et si hac in re tanti Principes officio suo satis feciisse constet, qua ratione ij, qui minores tantum dicuntur Judices & Magistratus, jus rogantibus dicere recusabunt? *Bodin. d. lib 4. de Repub. c. 6.* cur non potius omni studio, labore & industria in id incumbent? cum nulla sit laudabilior Philosophiæ pars *teste Plin. lib. 2. epistol.* quam agere negotium publicum, cognoscere, judicare promere & exercere justitiam *Bodin. d. l.* maxime cum & hodie Magistratus in officij sui ingressu juramentum præstare coguntur de recte judicando *Minsing. 2. Observ. 76.* vel se facturos, secundum quod eis visum fuerit justius & melius juxta *Auth. Hodie C. de Judiciis Azon in summ. ibid. n. 21. Cujac ad Nov. 8.* quod adeo verum existimant Dd. ut statutum etiam, vel consvetudo in contrarium non valeat *Minsing. 2. Observ. 76. Daniell. Moller 1. semestr. 10. Treutl. vol. 1. disp. 5. th. 6. lit. B.* quamvis hoc omni dubio vix careat.

37. Formula autem juramenti quod præstare cogebantur olim Magistratus & ij omnes, qui administrationes accipiebant, extat *in Novell. 8. in fin. hoc modo: Juro ego per Deum omnipotentem &c. & æqvum me utriq; parti, tam in disceptandâ controversiâ, quam tuenda disciplinâ publica præbebo, neutri parti præter jus & fas addictus ero, sed exequar universa delicta, & omnem æquitatem servabo, secundum quod mihi visum fuerit justum, & eis quidem qui innoxij sunt, undiq; innoxios illæsosq; conserva-*

bo, secundum quod mihi visum fuerit justum, & eũ quidem qui innoxÿ sunt undiq3 innoxios illæsosq3 conservabo, noxiũ autem inponam supplicium secundum legem, & omnem justitiam (sicut jam dictum est) in publicis & privatis contractibus eũ servabo. Si vero non hæc omnia ita servavero omnibus incommodũ ero expositus tam hic, quam in futuro seculo in terribili judicio magni Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi; habebo q3 partem cum Juda, & leprâ Giezi, tremore Cain, insuperq3 pœnis quæ lege continentur, ero subjectus. Judex quoq; & Assessores Cameræ Imperialis nec hodie sine juramento, recipiuntur, licet illud diras ejusmodi impretiones non contineat, formula ejus desumi potest ex *Ordinat. Camer part. 1. tit. 57. ibi.* Es sollen auch KammerRichter vnd die Beysitzer ein jeder zuvor vnd ehe er auffgenommen wirdt/ ein Eyd zu GOtt vnd auff daß heilige Evangelium schweren/ den Käyserlichen KammerGericht getrewlich vnd mit Fleiß ob zu seyn/ vnd nach des Reichs gemeinen Rechten/ Abscheid/ vnd den jetzt bewilligten Frieden in Religion vnd andern Sachen/ auch Handhabung des Friedens/ vnd nach redlichen/ ehrbahren vnd Ländischen Ordnungen/ Statuten vnd Gewonheiten der Fürstenthümen/ Herrschafften vnd Gericht/ die vor sie bracht werden/ den Hohen vnnd Niedern/ nach seines besten Verständnüß gleich zu richten/ vnd keine Sache sich dagegen bewegen lassen/ auch von den Partheyen oder jemandt anders keiner Sachen halben/ so in Gericht hangt oder hangen würde/ kein Gab/ Geschenck oder einigen Nutz/ durch sich selbst/ oder andere/ wie des Menschen Sinn erdencken möchten zunehmen oder zu nehmen lassen etc. Sic Judex etiam provincialis hic in Megapoli jurare tenetur: Daß er den Fürstlichen Meckelnburgischen Hoffgericht getrewlich vnd mit Fleiß ob seyn/ alle vnd jede Sachen vnd Process vnd Handlungen/ im Rath vnd Gericht vorbescheiden vnd sonsten/ nach Besage der gemeinen beschriebenen Rechte/ redlichen vnd beständigen Gebräuchen vnd Gewonheiten/ Statuten/ Privilegien, wie dasselbe Vermöge der Ordnungen sich gebühret/ bester Verständnüß gleich durch vnd ohn Ansehen der Personen richten vnd vrtheilen wil/ etc. vide Fürstliche Meckelb. Land- vnd Hoffgerichts-Ordnung *part. 1. c. 15.* Utrum vero Judex conscientiam suam in Judicando, an vero acta & probata sequi debeat, hac occasione non immerito quæritur? pone: rem è duobus in Judicium esse deductam & actorem pro stabilienda sua intentione, adferre probationes, Judicem verò certo

certo scire ejus adsertionem esse falsam. Et licet communiter Dd. velint, quod scilicet secundum acta & probata hoc in casu debeat judicare, *inter quos Cujac. & Wesenb.* alij vero duplicem Judici conscientiam attribuant & eo ipso rem expediri conentur *inter quos Accurs.* alij consultius fore existiment, ut judex hoc in casu officium suum deponat, & testis personam tamdiu assumat *inter quos Gellius*, alij alia distinctione hanc rem concilient, mihi tamen probabilior semper verior & æquior visa est sententia illorum, qui simpliciter asserunt, Judicem tali in casu secundum suam conscientiam judicare debere, non tantum propter *l. illicitas 6. §. 1. ff. de off. præsid.* ubi dicitur: quod Præses Provinciæ id sequi debeat, quod convenit eum, ex fide eorum, quæ probabuntur hoc est, quod convenire existimat; e.g. ut si deprehenderit fidem inesse probationibus probationes sequatur, sin falsas eas repererit secus, secundum *Gothofr. in not. ad d. l. 6. §. illicitas* verum etiam quod acta & probata inventa tantum sint, ut Judex in dubio, cum divinare non possit, ea sequatur *Oldendorp. in aureo libell. qui inscribitur de Jure & æquitate tit. 13. n. 2.* Jam vero hic non versamur in casu dubio, sed plano & aperto, ubi Judex aliunde jam cognitam habet veritatem, sequitur itaq; quod missis probationibus suam conscientiam sequi debeat *v. pl. Oldendorp. d. tr. d. jure & æquitate tit. 13. per tot. Arum. Exerc. Justin. 20. th. 3.*

38. Eligendi autem sunt in magistratum viri pij, sapientes, veritatis amantes, & incorrupti secundum monitum Jethronis *Exod. c. 18. v. 21.* & qui probatæ vitæ testimonium per singulas ætates habent juxta *l. fin. in pr. C. ad L. Jul. repetund.* nec immerito, non enim regnant, sed sæviunt qui mali sunt, & annum bonum non tam de magnis fructibus quam de juste regnantibus existimandum, ut ait *Boetius 1. de consol. Philos.* Non facile itaq; rerum gubernationi præficiendi sunt I. Hæretici, qui prorsus in jure nostro ab omnibus honoribus excluſi leguntur ut sint in turpitudine fortunæ in qua & animam volunt esse, uti loquitur. Imperator Justinianus in *Novell. 45. in fin. præfation.* II. Qui vitæ turpitudine inquinati sunt & sine dedecore ruboreq; in publicum prodire non audent; nam neq; famosis, inquit Imperator Constantinus in *l. 2. C. de Dignitatibus*, & notatis & quos scelus aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cætu segregat, dignitatis portæ patebunt. III. Qui nimia paupertate opprimuntur, quod tamen, ex Divorum fratrum rescripto, de quo in *l. 6. in pr. ff. de munerib. & honorib.* de iis accipio

qui ita tenues & exhausti sunt, ut non modo publicis honoribus pares non sint, sed etiam vix de suo victum sustinere possint, paupertas enim multis delinquendi occasionem obtulit juxta Horat. qui 3. *Od. 24* ita canit:

Magnum pauperies opprobrium, jubet
Quidvis & facere & pati,
Virtutisq; viam deserit arduæ.

Ut etiam vel hinc solum asserere possimus, consvetudinem illam à ratione non esse alienam, qua ad Magistratus fastigium non admittuntur ij, qui certam pecuniæ summam in ære vel potius rebus immobilibus non habent. De Augusto fertur, quod neminem in Senatum admiserit, nisi vicies sestertium in censum retulisset, quibus autem ad censum opes defuerunt, suppleverit; non quia opes ad consilia pro Repub. capienda necessarias arbitraretur, sed ne tenuitas & inopia, senatorium decus labefactaret, neve cæteri opibus suis elati, tenues & pauperes contemnerent, *Bodin lib. 3 de Repub. c. 1. n. 242.* IV. Qui ad virilem ætatem nondum pervenerunt *l. 8. in pr. ff. de munerib. & honorib.* quamvis enim exempla non desint, quibus probari posset, magnis etiam imperiis, & regnis præfectos fuisse Juvenes & Adolescentes, communiter tamen verum est quod Seneca ait: Juvenilis ardor primo impetu furit, langvescit idem facile, nec durat diu. & *Tacit. lib. 4. annal.* annotatum reliquit: Mobiles adolescentum animi non sunt præmaturis honoribus ad superbiam extollendi, ne gliscat in malum insolentia.

39. A jure deniq; & ratione divortium faciunt dignitatum & officiorum publicorum nundinationes, in universa Gallia usitatissimæ *Richard. Dieter. de sum. sum. Imper. potest concluſ. 115.* quas nec ipse Bodinus adprobat quando inquit: *Est igitur in omni genere civitatū turpißima ac pernitiosißima honorum ac præmiorum, quæ virtuti debentur, mercatura, quamquam non minus falluntur, qui putant Magistratus, quos pretio mercati sunt, bonori sibi futures; quam si aureis alis, quas Euripides opinione sibi finxit, volare, se posse putent: cum ex ea materia, quâ nihil gravius esse potest, id quod levißimum esse oportuit, conflaverint. lib. 5. de Repub. c. 4. n. 547. in pr.* Pessime itaq; cum ea agitur Repub. in qua Magistratus non ad beneficium sed pretij magnitudinē leguntur, nam & hoc modo improbi ferè ad clavum sedebunt, pietas verò ac virtus ab omni civitatis

dignitate

dignitate excludentur, & dum jure venditur, quod prius emptum est, fit ut dominetur in Repub. pecunia non prudentia, quæstus non virtus, cui assvescere Magistratus ejusmodi maxime probabile est, teste Imperatore Alexandro Severo quando dixit: necesse est, ut qui emit vendat, & qui rem familiarem emendis dignitatibus exhauserit, aliunde lacunas suas expleat, & probat vulgatum illud de Pontifice Alexandro VI.

Vendit Alexander Sacramenta, Altaria, Christum,
Emerat ille prius, vendere jure potest.

Bernhard. Zieritz in not. ad constit. Criminal. Carol. V. ad c. 3. in verb. donigratia. Utrum autem honores ac dignitates e. g. sacerdotium, professionem vel etiam Magistratum sine ulla largitione & pretio ambire liceat, hoc loco quæri potest? & affirmativam amplector, apud Romanos enim in more positum fuit, ut Candidati & Magistratuum petitores, nō modo publicè palamq́; sed etiam speciatim unumquēq́; à populo orando, obsecrando, prehensandoq́; peterent, ut se in suffragiis juvarent uti videre est apud *Alexandr. ab Alexandr. 4. gen. dier. 3. facit etiam l. Barbarius 3. ff. de offic. Prætor.* accedit quod Apostolus Paulus *1. ad. Timoth. 3. vers. 1.* vix assereret, bonum opus desiderare illum, qui Episcopatum desiderat, si sollicitationibus & petitionibus hisce locus non esset relinquendus.

Palatia.

40. Deniq́; etiam inter Regalia referuntur Palatia, *c. unic. Quæ sunt Regaliæ, verbo Palatia* quid autem per Palatia intelligi velit Fridericus non una est omnium opinio, Hotoman. *ad d. c. unic.* placia vel placita legendum existimat à germanico verbo Platz & eo significari putat forum seu jus nundinarū, *arg. l. 1. ff. & C. de Nundin. Gothofr. in not. ad c. h. n. unic. Quæ sunt Regaliæ in verb. palatia.* Verum placet cum communi Dd. Schola, communem etiam & magis receptam hic retinere lectionem; Per palatia itaq́; intelligo: Domus regias, vel Ædes in usum Imperatoris comparatas & ab omni privatorum usu & communi habitatione exceptas *l. unic. C. de Palatiis & domib. dominic. l. nulli Judicum 14. C. de Offic. Rector Provinc. l. quicunq́; 17. C. de Operib. publib.* de quo palatio Cæsareo accipienda quoq́; est aurea bulla Carol. IV. tit. von den Emptern der Churfürsten in hochzeitlichen Hofen eines Käysers in §. wir finden auch ibi; der erste Königlich Hoff zu Nürnberg in der Stadt gehalten.

haltett. Palatia autem illa olim solius Imperatoris fuisse ex *d. l. unic. C. de Palat. & domib. dominic. & l. nulli Judicum 14. C. de offic. Rector. Provinc.* facile colligi potest, usq; dum Episcopi & reliqui proceres Italiæ, & illa sibi, ex concessione Imperatoris ad minimum tacita ædificarunt. *arg. d. c. unic. Quæ sunt, Regaliæ.* Hodie autem singulos Principes Comites & Barones Germaniæ ornatissimas quoq; & splendidissimas ejusmodi ædes in suis terris habere, non indigit ulteriori demonstratione, res ipsa namq; loquitur, vocamus illas nostra lingva, Schloß / item Burg / aliquando etiam Hauß per excellentiam scilicet & κατ' ἐξοχην, ut Homerus propter excellentiam commune Poëtarum & jus civile eadem de causa commune juris nomen, tanquam suum sibi acquisivit §. *sed jus quidem. 2. vers. sed quoties non addimus Inst. de I. N. G. & C.*

41. Coronidis loco quærere hic libet, an etiam Venationes inter Regalia sint referenda? & licet in negativam procliviores sunt *Harpr. ad §. feræ Inst. de rer. divis. n. 134. & Bocer tr. de Regalib. c. 1. n. 30 39. & seqq. Vult. lib. 1. de feud. c. 5. n. 7.* exinde, quod nulla omnino venationis mentio facta sit *in d. c. unic. Quæ sint Regaliæ*, tamen si in clara luce oculos claudere noluerimus, nihil verius nihil manifestus esse inquit *Heig. 1. quæst. 15. n. 44.* quam venationem hodie inter Regalia referendam; Argumentum enim ab enumeratione eorum, quæ in *d. c. unic. Quæ sint Regaliæ* recensentur, desumptum, infirmũ admodum est, & parum ad rem facit, præsertim cum & alia adhuc multa Regalia sint, quæ ibi tamen non commemorata videmus, *uti notavit Cujac. ad d. c. unic. Quæ sint Regaliæ.* Et constat Fridericum I. Imperatorem Guidoni Gverræ Comiti Hetruriæ cum bonis, etiam Regalia concessisse, & inter cætera ibidem expresse nominata, etiam Venationes, *Sigon. de regn. Itali lib. 13. Petr. Heig. d. quæst 15. n. 45.* Ac nisi hæcita se haberent, quotidianus saltem usus, diversum sentientes facile confutaret, dum hodie non nisi pro beneficio Regali aut principali venationes æstimentur, & nemini, in suo etiam, venari liceat, nisi cui id nominatim est concessum. *Heig. d. quæst. 15. n. 46. Matth. Steph. lib. 2. de Jurid. Rom. Imper. p. 1. c. 7. membr. 1. n. 444.* unde quoq; de hoc jure Principum, maxime cum Electores Duces &c. de venationibus simul investiri soleant eo minus esse dubitandum, existimat *Thom. Michael. de SS. Majest. Camer. ac stat. Jurid. Conclus. 51. lit. A.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731649680/phys_0108
DFG

DISPUTATIO IV.

De

Regalibus minoribus.

Respondente

JOACHIMO HAGMEJERO, Hamburg.

I.

VT Medici negant, hominem sine nervis ambulare posse, ita Politicorum axioma est: Rempub. sine pecunia & perpetuo quasi ærario nec stare diu, nec conservari; & rectè, pecunia enim nervus Reipub. appellatur *l. 1. §. in causa 20. ff. de Quæstionibus* & Imperii vires in pecunia politas esse, asserit *Cujac. in Expos. Novell. 7.* per quam Imperium & Respub. stabilitur, *Novell. Leon. 52. in pr.* & sine quâ regnum non esse, testatur *Warn. de Erenb. de regn. subsid. & onerib. subdit. c. 9. n. 5. Vix enim aliter conservare licet Rempub.*, (inquit gravissimè Imperator Justinianus *in Novell. 161. c. 2. vers. neq; enim aliter*) *nisi pientissimæ præstationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiæ, ut hostibus resisti per agros ac urbes excubiæ agi possint, & reliqui ordines perfruuntur attributis sibi salariis, muri & urbes reparantur, & omnia deniq; proveniunt, quæ communem subditorum utilitatem concernunt.*

2. Non immeritò itaq; omnes ferè gentes exactam semper ærarii publici habuere curam; De Athenienſibus fertur, quod Delphis habuerint thesauros suos, Macedones in oppido Quinta juxta Tharsum, omnem gazam & pecuniam ad belli opus deposuisse, Syracusani in Labdalo castello munito, Assyrii Susis, Cambysis autem ærarium, oppidum Gaza in Palæstina fuisse, diligenter & accurate annotatum reliquit *Alexand. ab Alexand. 2. gen. dier. 2. in fin.* Romanos aliquot habuisse Æraria, ex *Livio Halicarnaß. & aliis* constat, præcipua autem in æde Saturni esse voluerunt, ait enim *Alex. ab Alex. d. c. 2. pag. mihi 55. Valerium Publicolam, qui Saturni ædem construxit, loci opportunitate ductum, cum omni aditu præsepto, undiq; præruptus & ab*

accessu munitus locus foret, eandem Saturni ædem æris publici, tabularumq; publicarum & signorum militarium sacrarium esse voluisse. Sanctius autem & intentioris curæ ærarium adhuc habuerunt eodem ni fallor in loco, in quo aurum tantum vicesimarum, quod ex vicesimis exigebatur, ad ultimos casus, & in extrema fortuna populi Romani servabatur, quod incensimarium, & ab aliis etiam Cimiliarchium dictum est *Alex ab Alexandr. d. l.* Augusti quoq; temporibus Ærarium quoddam militare cum novis vectigalibus institutum est, ut perpetuo ac sine difficultate sumptus ad tuendos, prosequendosque milites suppeteret, uti author est *Sveton. in August. c. 49.*

3. Modus autem augendi & locupletandi ærarium, priscis illis temporibus unius nõ fuit generis; primũ namq; conficiebatur pecunia ex agris publicis, & Principes ac populi, qui novas civitates fundare, coloniasve deducere proposuerant, præter agros privatorum, & loca civitatibus, templis, theatrisq; constituendis idonea, possessiones quasdam tuendæ & constituendæ Reip. causa constituebant, quæ privatis locari consveverant, ut ex eorum fructibus pecuniæ in ærarium publicum cogerentur. Sic Romulus agros Romanorum in tres æquas partes divisisse, & illarum primam sacris faciendis, secundam Reipub. oneribus subeundis, tertiam civibus assignavit, uti habet *Dionys. Halicar. lib. 2.* & hoc genere conficiendæ pecuniæ publicæ, nullum certius aut honestius videtur *Bodin. lib. 6. de Repub. c. 2. ferè in pr.* Secundo conficiebatur quoq; pecunia publica ex hostium spoliis & pecuniis. Si enim Gens aliqua armis superaretur, omne æs, aurum & argentum in ærarium inferebatur, & quidem ea triumphantium integritate, ut nefas, ex hisce vel minimum attigisse, arbitrarentur *Valer. Maxim. lib. 4. c. 3. n. 6. & 8.* parcius etiam Imperatores sibi reservabant pecuniam, aut exercitui largiebantur, ne aut repetundarum postularentur, aut triumpho planè carerent. Scipio Asiaticus Africani majoris frater, repetundarum damnatus est, tametsi Antiocho victo, aureas coronas CCXXXIII. argenti pondo CXLVII. millia, aureorum Philippeorum CXL. millia, auri pondo MXXIIII. in Ærarium intulit *Liv. lib. 36.* Ipse quoq; Scipio Africanus, qui contusam ferè & confractam belli Punici armis Rempub. imo jam penè exanguem & morientem, Africæ Dominam reddidit, eodem judicio damna-

damnatus, voluntario seipsum mulctavit exilio, quod quadragies ab eo repeteretur, qui bis mille in ærarium intulerat. *Liv. lib. histor. 38. Valer. Max. lib. 5. c. 3. n. 3.* Tertio in Ærarium quoq; inferebant dona & largitiones amicorum, licet singulari semper hac in parte usi sint magnanimitate, & munera in rebus adversis oblata facilius repudiarunt, quemadmodum Ptolomæo Ægyptii Regi, mille pondo auri, & viginti millia argenti, tempore summæ necessitatis offerenti, cum gratiarum actione omnia remiserunt *Liv. lib. 32. histor.* Verum de hisce & similibus conficiendæ pecuniæ modis, cum ad propositum meum non faciant, copiosius hac vice non agam, alios nonnullos, & quidem hodie multo usitatiores inter Regalia retulit Fridericus in *c. unico Quæ sint Regal.* de quibus, in præsentiarum ut aliquid proponam, animus est & ordinis ratio quoq; efflagitat.

4. Inter Regalia autem non immerito, modos hosce augendi & locupletandi ærarium, retulit Fridericus Imperator; Olim enim nihil aliud fuerunt quam Jura solius Imperatoris, cui soli, pro sustinendis Imperii oneribus, competebant, uti pluribus tradidit *Bocer. tr. de Regalib. c. 1. n. 11. Schneiew. ad tit. Inst. de Hæredit. quæ ab Intest. defer. c. de succes. fisci n. 5.* & *Matth. de Afflict. ad tit. Quæ sint Regal. n. 7.* Hodie eorū perpauca solus Fiscus Imperatoris capit, sed reliqui etiam Principes & Domini inferiores ea in territoriis suis vel ex concessione, vel etiam præscriptionis jure sibi vindicant *Bocer. tr. de Regalib. c. 3. n. 7. Schultz synops. Instit. Imperial. lib. 3. tit. de succes. Fiscii lit. c.* ubi ait: de consuetudine Saxon. omnes civitates merum & mixtum Imperium seu superiorem Jurisdictionem habentes, die Ober oder Halßgericht haben/jus confiscandi quoq; usurpare & bona vacantia acquirere, quod & in multis inferioris nostræ Saxoniæ civitatibus usu ita obtinere quotidie ferè videmus. Minora autem illa vocamus Regalia, cum non tam Majestatem, eminentiam & dignitatem Principis concernant, quam fisci commodum, & quæstum pecuniarium, unde etiam Regalia Fisci appellat. *Bocer. d. tr. de Regalib. c. 2. n. 4.* & quæ magis in reditu & fructu consistunt, *Rosenth. de feud. c. 5. concluf. 3. in pr.* De hisce autem hac vice acturus, primo loco vectigalia seu telonia aggrediar.

Vectigalia quæ vulgo telonia dicuntur.

1. Monui supra *disputat. 2. th. 4.* aliud esse vectigalia instituere & erigere, aliud jam instituta exigere, de priori, quod ad majora Regalia pertinere diximus, cum ibidem actum sit, reliquum erit de posteriori in hoc loco non nulla proferre. Vocabula autem ipsa (vectigal sc. & telonium) quod attinet, sciendum telonium à græco τελὸς, quod vectigal est, dici, & denotare mensam publicanorum die Zollbanck/ *Basil. Faber in thesaur. erudit. sub voce Telonium.* vel domũ & locum ubi vectigal solvitur & exigitur *Johan. Calvin. in lex jurid. sub voce telonium* aliquando etiam ipsum vectigal quod solvitur & præstatur, *ut hic in c unic. Quæ sint Regal. ibi: vectigalia quæ vulgo telonia dicuntur aur. bull. Carol. IV. tit. 9. ibi: nec non Judæos habere, & telonia in præterito statuta & indicta præcipere,* vnd Zoll, die in vergangener Zeit gesetzet sind/ einnehmen. Vectigal deinde nomẽ generale est, & significat omne emolumentum & compendium quod ex quacunq; re ad publicum usum capitur & exigitur *Godd. ad l. inter publica 17. ff. d V. S. n. 13.* in tantum ut quadragesima litis, quam condemnatus causâ perditâ solvere cogebatur, etiam vectigal appelletur *Cujac 6. observat. 28.* & quod pro umbra aliquando, item pro aëre & Spiritu captando pendebatur. *Clapmar. lib. 5. de arcan. Imper. c. 14.* Hoc autem in loco, ea tantum denotat, quæ pro invectione & evectione mercium venditarum & venalium in portu, itinere, pontisve transitu fisco vel Reip. præstantur *Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 6. n. 3.* & specialiter portorium appellatur *l. cum in plures 60 § pen. ff. locati l. omnibus 3. C. de Vectigal. & commiß. l. in lege 203. ff. de V. S.* vel pedagiũ significat, quod propriè tantum à transeuntibus exigitur *c. innovamus Extr. de Censibus c. quamq; in pr. de Censibus in 6. c. super quibusdam §. præterea Extr. de V. S. Joh. Calvin. in lexic. jurid. sub voce pedaginm* quamvis negare vix poterimus & hæc vocabula promiscue aliquando accipi-

6. Et licet vectigalia hæc, olim ad solius Imperatoris Fiscum pertinuerint *d. l. inter publica 17. §. publica, ibi: ex quibus vectigal fiscus capit l. omnium 6. ibi: quæ inferri fisco moris est. C. de vectigal. & commiß.* solusq; Imperator jus agendi vectigalia habuerit *Rumelin part. 1. ad aur. bull Carol. IV. dissert. 8. th. 19.* hodie tamen non Electores tantum, *d. aur. bull. Carol. IV. tit. 9.* sed & plerique Imperii status jus exigendi vectigalia

ctigalia habent *Buxtorff. in dissert. ad aur. bull. Carol. IV. conclus. 91. lit. B. Obrecht disp. de Regalib. th. 208. & seq. Carqz. dissert. de Regalib. conclus. 42.* & quidem consueta solummodo ac in præterito statuta & indicta, die in vergangener Zeit gesetzet seyn/uti loquitur *d. aur. bull. Carol. IV. c. 9.* indebitorum namq; & non consuetorum extorsio expresse prohibita est; & damnata per *d. aur. bull. Carol. IV. tit. 17. ibi:* Wir verbieten ferner alle unbillliche und ungewöhnliche Zölle. Et sane ut quisq; Princeps est melior, ita alias etiam aut contentus est vectigalibus prioribus, aut adeo ipsamet, pro re nata, adhuc imminuit, uti de tributis exigendis loquitur *Besold. lib. 2 polit. c. 4. §. 3. n. 17. vers. ad tributorum* cumq; regulariter unica tantũ debet esse exigendorum vectigalium causa, publica sc, necessitas vel utilitas, & quod alias Resp. consistere non possit: consequens certè erit contra jus & æquitatẽ extorqueri, quicquid præter publicam necessitatem Principes extorquent *Carpz. de Regalib. conclus. 46.* unde pie admodum & recte Ludovicus S. filium suum testamento admonuisse legitur: *A vectigalibus & tributis abstineto, nisi te summa vi necessitatis ac utilitatis publicæ justissima causa ad hæc compellat, ut refert ex Janvill. in histor. Ludov. 5. Arnis. lib. 3. de jure Majest. c. 2. n. 4. in pr.*

7. Imponitur autem vectigal, uti dictum est, rebus quæ evehuntur & invehuntur, ac proprie mercium onus est, de iisq; transferendis exigitur *l. universi 5. ibi: ea vero quæ extra prædictas causas vel negotiationis gratia portantur. C. de Vectigal & Commiss. Henric. Klock/ disceptat. de jure vectigal. conclus. 14. Rumelin. part. 1. ad aur. bull. dissert. 8. th. 22.* & olim quidem octava pars *l. ex præstatione 7. C. de vectigalib. & commiss. l. si cum Hermes 7. C. Locati* quamvis uniformis omnium vectigalium præstatio non fuerit, uti annotavit *Klock de jure vectigal. conclus. 68. lit. A.* hodie autem, quantum cujuscunq; regionis consuetudo introduxit & observavit. Dantur tamen res, pro quibus plane non est consuetum præstari vectigal *l. locatio 9 §. earum rerum 6. ff. de Publican & vectigalib. & commiss.* quales sunt, res exercitui paratæ *d. l. locatio 9 § res exercitui 7 ff. de Publican. & vectigalib.* fisci causa emptæ *d. l. locatio 9 §. fin. & l. universis ibi vel ad fiscum inferuntur C. de Vectigalib. & commiss.* ruris exercendi gratia comparatæ *d. l. universi 5. ibi ruris gratia &c. C. de vectigalib & comm.* vel in usus proprios adductæ *d. l. universi 5. ibi ad usum proprium. l. si publicanus 4. §. de rebus ff. de*

Publican. & vectigal. l. in lege Censoria 103. ff. de V. S. item libri studiosorum aliæq; res quas studii gratia illi inferunt *Bocer. tr. de Regal. c. 2. n. 20.* Et generaliter, quicquid privati usus gratia adducitur immune, quod vero negationis causa vehitur exactioni vectigalium obnoxium esse debet, *per jura jam allegata, quibus adde c. quanquam ibi: quæ non negotiandi causa deferunt &c. de Censib. Exactionib. & Procuration. in 6. c. præsenti Clement. de Censib.* Quid juris vero, si in dubio versamur & ignoramus, an negotiationis, an vero privati usus gratia res vehatur? & recurrendum tunc esse existimant Dd. ad indicia & conjecturas, quæ sumuntur à qualitate rei, ejusq; quantitate, à persona quæ vehit, ac etiam à tempore & similibus *Speidel. in not. ad dissert. 8. Rumel. ad aur. bull. Carol. IV. th. 22. lit. C.* imo juramento hoc in casu vectores se purgare posse existimat *Henr. Klock d. dissertat. de jure vectigal. conclus. 58. in pr.* nisi aliæ præsumptiones id impediant. An verò rationabilis sit consuetudo, qua hodie in multorum Principum ac Dominorum territoriis, pro his rebus non venalibus, sed tantum in privatum usum adductis, vectigalia exigantur, quæstio est, à multis sæpius agitata? & licet alii consuetudinem hanc plane improbent, alii inter res, quibus subditi carere possunt vel non distinguant, mihi tamen probabilior videtur illorum opinio, qui consuetudinem ejusmodi optimo jure niti, asserunt, inter quos est *Henric. Klock d. discept. de jure vectigal. conclus. 59. Bocer. tr. de Regalib. c. 2. n. 206.* Si enim hoc in casu, à vectigalis præstatione specialiter tantum exemptæ sunt certæ personæ, ut Electores, Principes, consiliarii & alii nonnulli ad Imperii utilitatem deputati, Ordnung des Regiments zu Augspurg de An. 1500. tit. Alle so in des Reichs Regiment gehören sollen aller Tax Zoll &c. ibi: Item sollen Churfürsten vnd Fürsten / auch die andere Personen des gemeldten Reichs Rath gehören vnd jhrer aller Diener / vnd vngefehrlich Hoff vnd Haußgesind / von jhrer notturfftigen Proviant / Tax / Vngelt / Zoll vnd andere Beschwerung frey seyn / vnd damit nicht beschweret werden / durch jemants / in keinen Weg / ohne alle Gefehrde / sequitur quod à non exemptis, secundum morem & consuetudinem cujusvis regionis, licite & recte, etiam pro hisce rebus non venalibus, vectigalia exigi possint.

2. Intricata quoq; est controversia de pecunia, sitne ea vectigalis

galis censenda, nec ne? Et licet de omnibus rebus, quæ commercio subjacent, & speciatim non sunt exemptæ, vectigal solvi debeat *l. omnium rerum 6. C. de Vectigalib. & commiss.* sub rerum autem, quæ commercio subjacent, appellatione comprehendatur pecunia *Gratian. decis. 95. n. 8.* maximè si ad mercaturam destinata sit *Mantic. de conject. ult. volunt. l ib. 9. tit. 3. n. 2. in fin.* licet quoq; à pari procedant collecta & vectigal *Alciat. 5. consil. 84. n. 1. & 2. & Dd. communiter* pecunia autem collectationi subjacet, præsertim si otiosa illa non sit *Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 14. n. 140.* tamen vix assererem, de pecunia exsolvi vectigal; Si enim verum, quod Ict. dicit in *l. si Publicanus §. fin. ff. de publican. & vectigalib.* In omnibus vectigalibus ferè consuetudo spectari solet, & in *l. locatio 9. §. earum rerum 6. ff. eod.* earum rerum vectigal, quarum nunquam præstitum est, præstari non potest; de pecunia vero olim nunquam vectigal præstitum sit, quod adprobant literæ Cæsareæ Majestat. ad C. D. K. X. Y. 25. Novembr. An. 1602 scriptæ, ibi: Daß man von Geldt/ nirgend im gantzen Reich Teutscher Nation einigen Zoll zu bezahlen pflege/ & ab *Henric. Klock. discept. de jure vectigal. conclus. 60.* in hac forma adductæ sequitur sanè de jure veriorem esse negativam sententiam, pecuniam sc. vectigali non esse suppositam.

9. Navem deniq; tempestatis & ventorum vi in portum delatam, vectigalium oneri obnoxiam non esse, asserunt Dd. *arg. l. Cæsar 15. & l. fin. §. si propter 8. ff. de publican. & vectigal. Bart. ad l. 1. n. 1. C. de Naufrag. lib. 11.* nec illos, qui hostium metu ad vicinam urbem confugiunt; pro rebus conversatis, vectigalis nomine aliquid deponere, etiamsi publicani amplissimam exigendi facultatem prætendant, *Henr. Klock. de jure vectigal. conclus. 61. lit. A.* succurrendum enim est iis, qui ex necessitate actum faciunt *arg. l. 2. C. de patribus qui filios suos distraxer. & arg. l. 7. §. 1. ff. Qui satisdar. cogunt* & Tyranni nomen vix effugere putarem eum inquit *Warnem. de Exemb. t. 11 de reg. subs. & oner subdit. n. 42.* qui vectigal, respectu mercium metu latronum in alium locum invectarum, exigeret, vel ab eo qui hostes fugiens res suas alio transferret *arg. l. fin. §. si propter necessitatem 8. ff. de Publican. Bart. ad d. l. 1. n. 2 C. de Naufr. lib. 11.* cum inhumanum valde sit, in aliena calamitate de rebus tam luctuosis emolumentum sectari *Warn. de Exemb. d. c. 11. n. 42.* & tralatitium in jure nostro, ut quod alias non permitteretur

mitteretur rebus integris, id permittatur necessitatis causa *Rittersh. in exposit. Noxell. part. 8. c. 6. n. 8. Zasius Epitom feud. part. 5. n. 58. Petr. de Anchoran. cons. 243. n. 4. Boreh. de feud. c. 8. n. 67. 68. & seqq. Peckius de Arrestis c. 10. n. 1. Husan. tr. de propr. hominib. c. 1. n. 17. & 18. Philip. Matth. ad l. 141. n. 9. ff. de reg. Jur.*

10. Personas vero, quibus onus solvendi vectigalia incumbit, quod attinet, sciendum, neminem regulariter ab illorum præstatione esse immunem; Vectigalium enim non parva est functio, inquiunt Impp. in *l. omnium 6. in fin. C. de Vectigalib. & commiss.* quæ debet ab omnibus, qui negotiationis, seu transferendarum mercium curam habent, æqua ratione dependi, & Mecæn: *in orat. de constit. Repub. ad Aug. ust.* ait: *Vectigalia imperanda omnibus nostris subditis, justum enim æquumq; est, neminem horum, neq; privatum hominem, neq; populum immunem esse, cum ex æquo ad omnes, utilitas eorum, quæ insumuntur redeat, uti ex Dion. lib. 52. refert Arnisæ. de jure Majest. lib. 3. c. 7. n. 1.* omnes itaq; regulariter vectigalium solutioni subjiciuntur, nemoq; facile ab illorum exactione & præstatione se immunem profiteri poterit *d. l omnium 6. & l. ex præstatione 7. C. de Vectigalib. & Commiss.* nisi quem ipsa lex speciatim liberum & immunem pronuntiat. Immunes autem & quidem legis beneficio fuerunt olim: 1. Navicularii, *d. l. omnium 6. in fin. C de vectigal. & commiss.* quod urbis annonæ magno periculo & labore inserviebant, unde remuneranda pericula eorum & præmiis adhortanda existimarunt veteres *l. semper 5. §. negotiatores. 3. ff. de jure immunitat.* 2. Legati exterarum Gentium, ita ut nihil quidem solverit pro rebus, quas exportarunt, ex his tamen speciebus, quas de locis propriis, unde convenerunt, adduxere, octavarii vectigal acciperent, ut habet *l. à Legatis 8. C. de Vectigalib. & Commiss. Peregrin. de jure Fisci lib. 6. c. 6. n. 22.* quod tamen vix hodie apud omnes pene æque observari constat; Legatis etenim, cum raro quid extra causam sui suorumq; usus illi deferunt, nisi donaria forsan vel munera Principi offerenda, omnem vectigalium præstationem remitti existimo; Navicularios vero vix uno in loco ab illorum præstatione adeo immunes esse, ut non multo magis æquè navis ac merces illorum vectigalibus & portoriis obnoxiæ sint.

11. Immunitatem tamen & hodie à præstatione vectigalium habent I. Principes, Comites & Illustres Germaniæ, iis maximè in rebus

bus & mercimoniis so zu Fürstlichen Hofhaltungen vnd Taffelen geführet werden/*Boer. tr. de Regalib. c. 2. n. 197. 198. & seqq.* nec juri communi hoc contrariari existimo, secus prout facit, *Henr. Klock discept. de jure vectigal. conclus. 30.* cum & Præsides provinciarum olim pro hisce rebus vectigal non exsolvisse legamus in *l. si publicanus 4. §. de rebus 1. ff. de publican. & vectigalibus.* II. Consiliarij aliiq; ad imperij consilium deputati Ordnung des Regiments so zu Augspurg Anno 1500. auffgerichtet sub tit. Alle so in des Reichs Regiment gehörig/ sollen aller Tax/ Zoll vnd Vngeldts frey seyn. III. Cameræ Imperialis Assessores & reliqui Camerales Advocati, Procuratores & Nuncij, Cammergerichts Ordnung *1. part. tit. 49. ibid.* Es sollen daselbst Cammer-Richter Vrtheiler/ Advocaten/ Redner/ Schreiber/ Boten vnd alle andere Personen zum Cammergericht gehörent / so lang sie ihre häußlich anwesen bey vnd an den Käyserlichen Cammergericht haben/ sampt allen ihren Haußgesinde vnd Haußhaltung / auch ihren verlassen Wirden/ so lang sie sich der Orth / nicht in die Burgschafft verheyraten oder begeben/ Vngeldts/ Daß/ Zolls/ vnd aller Beschwerungen auch anderer Gerichts zwangk frey seyn etc. IV. Scholares *arg. auth. Habita C. Ne filius pro patre ibi. veniant & in eis secure habitent Sichard. ad d. auth. habita n. 7. Rebuff. de Privileg. studios. privil. 146.* quod etiam Doctores nostri ad omnes literatos extendunt, ut sunt Professores, Advocati. & similes *Henric. Klock d. discept. de jure vectig. conclus. 23. lit. B. Rumelin part. 1. ad aur. bull. dissert. 8. th. 21. Lindem. dissert. de Academ. th. 48.* V. Clerici & personæ Ecclesiasticæ *c. quanquam 4. de Censibus, exaction. & procurat. in 6. auth item nulla C. de Episcop. & Cleric.* licet horū exemptio juri divino accepta vix ferri poterit, prout vult Bonifacius VIII. in *d. c. quanquam 4. de Censib. in 6.* VI. Milites nostri teutonici *Meichs. tom. 2. decis. lib. 1. decis. 6. n. 5. Sixtin. de Regal. c. 6. n. 115. Henric. Klock d. discept. de jure vectigal. th. 26. lit. B.* Et si qui sunt alii, quamvis non omnibus in locis peræque privilegio hoc immunitatis omnes fruantur, uti nec tunc immunes sunt à præstatione vectigalium si negotiationes & mercaturam exerceant, vel iis interesse velint. *l. ex præstatione 7. C. de vectigalib. & Commiss. d. c. quanquam ibi. quas non causa negotiandi deferunt. de Censib. in 6. l. universi 5. ibi: ea vero quæ extra prædictas causas & c. d. Ordin. Cam. part. 1. tit. 49. ibi.* doch sollen sie Gastung oder Kauffmanschafft nicht gebrauchen.

12. Colophonem huic materiæ imponent duæ hæ quæstiones controversæ. I. An Principes & Domini territoriorum telonium suum de uno eoq; consveto loco in alium locum transferre possint? Et negativam confirmat non modo præjudicium Cameræ Imperialis in causa Civitatis Colonienſis contra Archiepiscopum Colonienſem uti testatur *Mindan. lib. 2. de mandat. c. 42. n. 4. & 5.* verum etiam ipsa ratio dictitat, translationem hanc in præjudicium illorum, qui vectigal, portorium vel pedagium solvere coguntur, haut licite fieri posse, maxime si absq; majori difficultate vel prolixiori via sine nova vectigalis solutione eò venire nõ possint, *arg. l. si cui 9. vers. verum constitit. 9. ff. de Servitutibus Bocer. tr. de Regalib. c. 2. n. 195.* II. An factum vectoris, vectigalia usitata, & consveta non solventis, Domino nocere possit? Et licet negativa prima fronte æquior videatur, cum à Domino nullus hoc in casu admissus sit dolus, & sic iniqvum forsan foret, rem ipsius in commissum cadere, *arg. l. 1. ff. de dol. mal. & met. except. l. electio 26. in fin. ff. de noxal. action. l. fraudati 8. §. 1. ff. de publican. & vectigal. Rumelin. ad aur bull. dissert 8. th. 28. part. 1. Bocer. tr. de Regalib. c. 2. n. 211.* de jure tamen veriorem puto contrariam sententiam, Domino scilicet hoc in casu factũ vectoris nocere & obesse, non enim vector & auriga sed Dominus de jure communi ad vectigalis præstationem tenetur, & si auriga negotium solvendi in se susceperit, procuratorem tantum eo ipso pro Domino mercium se constituit, *arg. l. 1. ff. de Procuratorib.* jam vero notissimi juris est: Procuratores omittendo id, quod propter susceptum in sese mandatum præstare tenentur, Domino nocere *l. cum mandatum 23. in fin. ff. de Minoribus. Andr. Geil. 1. Observat 45. n. 1.* ubi dicit. *communis observatio est, negligentiam Procuratoris nocere Domino*, die Verwahrlosung eines Anwals etc. & obtinet non tantum in Procuratore Judiciali, sed etiam in Procuratore ad negotia seu extra judiciali, *teste Menoch. 2. præsumpt. 38. in fin.* sibi enim imputare debet Dominus quod adeo negligentem Procuratorem elegerit, *l. cum mandatu 23. in fin. ff. de minorib.* & non exploraverit cujus fidei vel innocentiæ ille esset. *l fin. §. hac autem actione 4. ff. Naut. Caupon. Stabular.* Nec iniquitatem quandam hoc redolet, cum Dominus primo actionem mandati habeat adversus hujusmodi vectorẽ ad damna scilicet & interesse *l. si remunerandi §. 1. l. si procuratorem dedero §. si tutores ff. mandati* ratione doli & culpæ etiam leviſſimæ, nam de omni

culpa

culpa lata, levi & leviſſima Procuratorem teneri communiter receptum eſt *l. à Procuratore 13. l. in re mandata 21. C. Mandati.* deinde in Integrum etiam reſtitui poſſit, ſi negligens ille auriga non ſit ſolvendo, nec actionis viâ, damna & intereſſe ab eo conſequi valeat, *arg. l. itaq; fullo 12 in pr. ff. de Furt. l. & eleganter 7. §. pen. ff. de dolo malo l. fin. §. plane: ff. de eo per quem fact. erit. quo minus in judicio ſiſtat. Gail. 1. Obſervat. 45. n. 6. & obſervat. 143. n. 6.*

Mulctarum pœnarumq; compendia.

13. Inter multam & pœnam multum intereſt inquit Ict. Ulpian. in *l. aliud frauſ. §. inter multam 1. ff. de V. S.* cum pœna generale ſit nomen, omnium ſcilicet delictorum coercitio, multa ſpecialis peccati, cujus animadverſio hodie pecuniaria eſt, deinde pœna non tantum pecuniaria verum & capitis & exiſtimationis irrogari ſoleat. *d. l. aliud frauſ. §. 1. de V. S.* ac ſi quæ ſint aliæ, eæq; notabiles ſatis differentiæ, quæ partim ex *d. l. aliud frauſ. §. 1. & l. ſi qua pœna 244. ff. de V. S.* partim ex aliis juris locis abunde peti poſſunt *Sixtin. lib. 2. de Regalib. c. 8. n. 4. & ſeqq. Bocer. de Regalib. c. 3. n. 17. Borch. ad c. unic. quæ ſint Regaliæ n. 65.* & parum ad explicationem hujus loci faciunt, unde miſſis iis, explicabo tantum quid per mulctam, quid itidem per pœnam hoc in loco denotare voluit Imperator. Multa itaq; hic pœna eſt pecuniaria *d. l. aliud frauſ. 131. §. 1. ff. de V. S. l. properandum 13. § ſin autem utraq; parte C. de Judiciis l. 2. C de Epiſcopali audient. l. 1. §. 2. ff. de fugitiv.* qua Judex, cui poteſtas hæc data eſt *l. 2. §. fin. ff. de Judiciis d. l. aliud fraus. 131. verſ. item mulctam ff. de V. S. t. t. C. de modo mulctar. quæ à Judicib. infliguntur & ibi. Cujac. in parat.* ob ſpeciale quoddam peccatum *d. l. aliud frauſ. §. 1. ibi. ſpecialis peccati ff. de V. S.* in aliquem extra ordinem animadvertit *l. 2. §. 1. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit l. 3. C. de ſportulis l. 25. C. de Appellat.* Judices autem ejusmodi Romæ fuerunt omnes, quibus publicè judicium erat *d. l. 2. §. fin. ff. de Judiciis* ut conſules, qui Senatoribus etiam, quod tardius aut omnino in Senatum non veniſſent, mulctam irrogabant, uti ex Ciceron. tradit *Gothofred. in not. add. l. aliud. fraus 131. §. fin. in verb. cui judicatio data eſt ff. de V. S.* Prætores *l. 2 in fin. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit*, Præſides provinciæ & ſimiles *l. illicitas §. fin. ff. de offic. præſid.* An vero & Magiſtratui municipali competiit jus mulctæ dicendæ, adeo expeditum non eſt? Affirmativam

sequuntur *Boser. de Regalib. d.c.3. n.12. Cujac. in paras. C. de Magistrat. municipal.* quibus cum facere non possum propter *l. 2. §. fin. ff. de Judiciis.*

14. Non tamen hi & similes Magistratus, quibus publice judicium erat, in infinitum usq;, delinquentibus mulctam imponere poterant, sed modum in jure præscriptum observare cogebantur, & quidem Illustris Viri Præfecti Prætoriis, ad quinquaginta librarum auri mulctam, cum peccatum gravissimum fuit pervenire *l. illustres viros 4. C. de Modo mulctar quæ à judicib. inflig.* Præsides Provinciarum eos, quos culpa reddiderat obnoxios, ad duarum tantum unciarum auri summam condemnare *l. eos qui 6. in pr. C. d. t* Proconsules senarum tantum unciarum auri summam irrogare poterant *d. l. eos qui §. Proconsularem 1. C. de mod. mulctar.* De consvetudine autem moderna, iste mulctarum modus lege præscriptus & definitus, non modo non observatur, & permittitur multo magis Judicibus ac Magistratibus ut suo arbitrio pro qualitate delicti ac personarum mulctam imponant *Boß. tr. crimin tit. de mulct. n. 9. Wesenb. in par. C. tit. de mod. mulctar n. 9.* verum etiam mulctare possunt omnes Magistratus qui potestatem habent, imo commissarios examinandis testibus deputatos mulctam quoq; contumaci testi imponere posse, suspicatur *Andr. Geil. 1. Observat. 100. n. 10. & 11. ibi. nam primo testes ad certum tempus & locum citant, quod si citati in termino præfixo non compareant iterum sub pœna aliqua pecuniaria citantur in quam durante contumacia per Commissarios declarantur, quod facere possunt quia sunt ministri committentis, eumq; repræsentant*

15. Pœna autem pecuniaria, ita specialiter dicta, & mulctæ opposita, est quæ ordinario & nominato cuidam crimini vel delicto specialiter & nominatim, expressa ejus quantitate, lege quadam vel quo alio jure imposita est, *d. l. aliud fraus 131. §. 1. ibi pœna non irrogatur nisi quæ quaq; lege &c ff. de V. S. l. si qua pœna 244. ibi. quia pœnæ certæ singulorum peccatorum sunt. ff. eod.* Sic furti manifesti pœna, de jure civili quadrupli est, non manifesti dupli *§. pœna manifesti Inst. de Obligat. quæ ex delict. nascuntur,* Rapinæ pœna tripli est *pr. Inst. de vi bonor rapt.* In hoc tamen à mulcta quoq; distabat, quod non omnis pecuniaria hæc pœna ad fiscum pertinebat sed ea tantum, quæ vel pro crimine privato extra ordinem infligebatur *Boser. tr. de Regalib. c. 3. n. 17. vers. non tamen*

omnia

omnis (poterat enim & pro delicto ordinario ac nominato, veluti furto, Injuria, & similibus, nihilominus extra ordinem pœna exerceri,) volente scilicet actore *l. fin. ff. de Privat. delict. l. fin. ff. de furt. l. fin. ff. de Injur.* vel ex delicto publico descendebat; sic ille qui in muncipio contra L. Jul. Ambitus magistratum aut sacerdotium petebat, centum aureis puniebatur *l. unic. §. quod si 1 ff. de L. Jul. Ambitus.* Sic pœna viginti aureorum statuebatur adversus eos, qui contra annonam fecerant *l. 2. ff. de L. Jul. de Ann.*

16. Hæc mulctarum pœnarumq; compendia inter Regalia retulit Imperator in *c. unic. Quæ sint Regalia* cum ad illius Fiscum regulariter tantum pertinebant *l. multarum 5. l. fin. §. quod si quis 4. C. de modo mulctar.* & prædicti magistratus omnes, Fisco ad inferenda protinus ea, tenebantur & obstricti erant *d. l. mulctarum 5. & d. l. fin. §. 4. C. de mod. mulctar.*. Hodie verò & reliqui Principes, Comites, Barones, item Civitates Imperiales per immemorialis temporis præscriptionem hoc jus sibi acquisiverunt, & mulctæ pænæq; pecuniariæ per cujusvis loci Magistratum, à contumacibus & delinquentibus exactæ, non Imperatoris fisco, sed Cameræ Principum, Comitum, &c. quibus subsunt inferuntur, uti testatur *Bocer. tr. de Regalib. c. 3. n. 18. vers. ut hodie non ubiq.* Imo eo deventum esse testatur *Wesenb. in parat. C. de mod. mulctar. n. 6. & cum illo Bald. Alex. Menoch.* ut omnes illi, qui omnimoda hodie gaudent Jurisdictione, lucra hæc ex pœnis & mulctis redacta, sibi vindicent, & mulctæ ita pro quæstu fructuq; Jurisdictionis habeantur, quod & malo suo multis in locis experiuntur subditi, dum bona illorum, multo labore & sudore quæsita, hujusmodi quæstoribus, levi captata occasione, vel etiam impudenter, ficto quodam crimine, momento temporis prædæ sunt & fiunt, uti conqueritur *Niell. disput. feud. n. th. 5. lit. B. confer. hac de re Bartal. ad l. fin. n. 2. ff. Solut matrim. Peck. de jure sistend. cap. 29. n. 2. Thom. Mich. de SS. Cæsar. Majest. Camer. & stat. Jurid. conclus. 56. lit. A.*

Bona vacantia.

17. Bona vacantia dicuntur alias, quæ nullum legitimum habent Dominum *Peregrin. de jure Fisci c. 4. tit. 3. n. 2.* hic proprie bona intelligimus illius qui nullum, ex qualibet sanguinis linea, vel juris titulo intestatus, legitimum reliquit hæredem, vel bonorum possessorem

l. vacantia 4. C. de bonis vacantibus germanicè erbloſe Güter *Carpz. de Regalib. concluſ. 69.* & inter Regalia referimus cum Friderico Imperatore *in c. unic. Quæ ſint Regaliæ ibi bona vacantia Borch. & Dd. communiter ibid.* olim enim ſolius Imperatoris fiſco debebantur uti conſtat non ſolummodo ex *l. 1. l. 3.* l. 4 *&* l. *fin. C. de bonis vacantib.* l. *quidam teſtamento 96. §. 1. ff. de Legat. 1.* l. *fin. C. de petitionibus bonor. ſublat.* verum etiam ex inſcriptione *d. t. C. de Bonis vacantibus & de incorporatione.* Incorporare enim nihil aliud eſt, quam bona illa & ſi quæ ſunt alia ad Fiſcum pertinentia, quaſi in corpus fiſci redigere *l. ſi quando C. de bonis vacantibus &c.* quod ſolemniter maxime fiebat, bonis omnibus ſumma cura deſcriptis & titulis publicè affixis *d. l. ſi quando 3. C. h. t. Borch. ad d. c. unic. Quæ ſint Regaliæ n. 67.* Hodie tamen & hoc Regale habent reliqui ſtatus Imperij inferiores, ut ſunt Principes Comites Barones & civitates Imperiales, imo hiſce in locis uti & in ſuperiori ſaxonia receptum eſſe, ut civitates etiam municipales quæ pleniſſimã habent jurisdictionem, in bonis hiſce vacantibus ſuccedant, præter quotidianam experientiam adprobant *Ludov. Fachſius differ. juris civ. & Sax. tit. 35. Schneidew. de heredit. quæ ab inteſtat. defertur tit. de ſucceſſ. fiſci n. 17. Henr. Bruning. de variis univerſit. ſpecieb. concluſ. 25. lit. B.* ubi addit: Si bona ſint in diverſis territoriis ſita, quod fiſcus domicilij mobilia & nomina ubiq; exiſtentia, immobilia vero cujuslibet loci Fiſcus conſequentur.

18. Ut autem bona vacantia ſint, inq; illa Fiſcus ſuccedere poſſit, requiritur I. ut Inteſtatus nullum ex qualibet ſangvinis linea legitimum relinquat heredem *d. l. vacantia 4. C. de bonis vacantibus & de incorporat.* ubi Impp. Honor. & Arcad. per ſangvinis lineam, omnem ſignificare volunt cognationem ſuperioris ſcilicet & inferioris ordinis, item ex transverſo ſive à latere, quales ſunt: Pater, avus, proavus &c. filius, nepos, pronepos &c. Patruus, Avunculus. Amita, matertera, conſobrinus &c. Verum in controverſia adhuc eſt, an etiam agnati & cognati, ultra decimum cognationis gradum in ſucceſſione, fiſcum excludant? Et licet perraro evenire exiſtimem, ut ordo ſucceſſionis decimum gradum ſuperet, ſi tamen aliquando in ulteriori gradu quis reperiatur, eum à fiſco non plane excludi autumo *arg. l. 2. §. 1. ibi: deinceps q; cæteri, ſi qui ſunt hinc orti in infinitũ ff. de ſuis & legitimis Novell. 118. c. 3. verſ. ſi vero neq; fratres &c. ibi. omnes deinceps & latere cognatos* maximè

maxime cum favorabile hoc sit; Cur enim propinqui etiam remotiores non potius essent admittendi, quam Fiscus alioqui successurus? *arg. l. 1. C. unde vir. & uxor. Wesenb. ad. ff. fin. n. 4. Inst. de Succeff. cognat. Bocer. tr. de Regalib. c. 3. n. 30. Lindem. Exercit. Justin. 5. th. 40. Hoenon. disput. 12. ad Instit. jur. Civil. th. 13. Carpz. dissert. de Regalib. conclus. 70. in fin.*

19. II. Ut nulli quoq; ex Juris titulo hæredes adsint, *d. l. vacantia 4. C. de bonis vacantibus & incorporat.* ubi ex juris titulo hæredes sunt, qui præter sangvinis rationem jure civili aut Prætorio alicui defuncto succedunt, veluti conjuges. Maritus enim & uxor ab intestato sibi invicem succedunt de jure nostro civili, quoties deficit omnis parentum, liberorumve seu propinquorum legitima vel naturalis successio, excluso fisco *l. unic. C. Unde vir & uxor.* Sic consortes quoq; ex juris titulo hæredes sunt, & collegium illorum consorti succedit excluso etiam fisco *l. 1. & l. 3. C. de Hæreditat. Decurion. navicular. cohortal. &c.* Consortes autem dicuntur collegæ ejusdem alicujus corporis sive collegij, quales sunt navicularij *d. l. 1. de hæredit. Decurion.* milites ejusdem legionis vexillationis & cunei *l. 2. C. de hæredit. Decurion.* cohortales *d. l. 3. C. de heredit. Decurion.* Curiales seu decuriones *l. 4. C. de Heredit. Decurion.* Fabricenses *l. fin. C. de hered. Decurion.* clerici & Monachi *l. si quis presbyter 20. C. de Episcop. & Cleric.* his namq; personis omnibus intestato, sine legitimis heredibus, defunctis collegium illorum ut dixi succedit non fiscus *per jura jam allegata* quod tamen verum tantum existimo in casibus & collegiis in jure nostro expressis & enumeratis non autem in aliis etiamsi licitis collegiis *Bart. & gloss. ad l. 1. C. de Heredit. Decurion.* unde & hodie videmus, quod in civitatibus in quibus multa sunt collegia optimorum artificum, si moriatur collegiatus absq; legitimo herede, fiscus civitatis succedat & non collegium. *Scheidew. de hæredit. quæ ab. intestat defert. tit. de succeff. Fisci n. 20.*

20. III. Consultius quoq; foret, si bona illa, legitimo modo vacantia prius sint declarata, proclamatio enim hac de re facile fieri, proclamata publice affigi, eaq; ratione publice denuntiari potest: ut, si qui defuncti hereditatem sibi deberi existiment, se sistant; & si, discussione & inquisitione hac præmissa, nemo compareat, vel compareat equidem, legitimam tamen contradicendi causam non habeat, tunc per sententiam, ut vacantia recte demum declarentur & cujusvis loci

fisco

fisco non immerito adjudicentur. *Matth. Steph. de Jurisd. Imper. Rom. lib. 2. part. 1. c. 7. membr. 1. n. 183. & 194.* idq; in regno Galliæ hodie exacte observari & Regiis constitutionibus consentaneum esse, ut ne quidem proprio motu à Rege facta concessio bonorum vacantium valeat, si nec dum ea bona sint vacantia declarata & Regi adjudicata, attestatur *Rebuff. in l. sylva cædua §. stipulæ vers. unde bona vacantia ff. de V. S. quem una cum Sixtin. allegat. Carpz. de Regalib. concluf. 72.* IV. Ut intra quadriennij spatium ex die, quo certum esse cœpit neq; heredem, neq; bonorum possessorem exstare, computandum, Fiscus bona vacantia agnoscat *l. 1. §. divus Pius 2. ff. de jure Fisci. l. quia autem 6. § certe si 7. ff. si quis omiss. caus. testament. l. 1. C. de Quadrien. præscript.* alias enim bonorum possessor adversus Fiscum quadriennij præscriptione se tueri poterit *d. l. 1. C de Quadrien. præscript. & d. l. quia autem 6. §. certè ff. si quis omiss. causa testament.*

21, Quæ autem hic de Jure, quod Fisco in bonis vacantibus quæsitum dicitur, dicta sunt, non obtinent statim & in reliquis bonis quæ vacantia quoq; sunt vel videntur, ut sunt I. Res pro derelicto habitæ quas scilicet Dominus ea mente abjecit, ut eis in numero rerum suarum esse noluerit *§. qua ratione 47. in fin. Inst. de rer. divis.* hæ enim non Fisco sed occupanti cedunt, & qui illas occupavit, statim Dominus illarum efficitur *d. §. qua ratione 47. & ibid. gloss. Schneidvv. & Dd. communiter* II. Res amissæ & ab aliquo inventæ, nec enim in hisce aliquid juris habet Fiscus sed Domino debent illæ restitui, ita ut neq; ἐυρετρον hoc est, inventionis præmium probè peti possit *l. falsus 43. §. quid ergo 9. ff. de furt.* & furti teneatur, qui sustulit eas non redditurus ei, cujus fuerunt *d. l. falsus 43. § qui alienam 4. cum §. seqq. ff. de furt.* III. Bona naufraga, & merces non ultro & sponte in mare abjectæ, nam & hæ veri domini manent *Auth. navigia C. de Furtis* adeo ut consvetudo in contrarium, non modo per Constitut. Frideric. *de Statut. & consvetud. contr. libert. Eccles. edit. §. navigia, & constitut. criminal. Carol. V. artic. 219. ibi:* die vnd dergleichen Gewonheit wollen wir daß eine jede Obrigkeit abschaffen vnd daran seyn sollen / damit sie hinfürder nicht geübet / gebraucht oder gehalten werden etc. expresse sit sublata, sed etiam contra eos, qui bona ejusmodi sibi vindicare conantur, in Camera imperiali mandata sine clausula sæpe sint obtenta, uti illud præjudicio quodam in causa civitatis Hamburgensis contra Ducem Holsatiæ

satiæ ex *Andr. Geil. 1. Observ. 18. n. 6.* & aliis juris rationibus, fundamentis & præjudiciis demonstratum est *supra disp. 3. th. 16.*

Bona quæ ut ab indignis legibus auferuntur.

22. Indigni hoc in proposito sunt, qui ex defuncti hæreditate aliquid & capere possunt, & capiunt etiam, sed retinere illud nequeunt, quod vel testator, vel lex eos ipsos indignos judicavit *Peregrin. de jure Fisci lib. 2. tit. 2. n. 2. Bocer de Regalib. cap. 3. n. 39 Cujac. in parat. C. de his quibus ut indign. hæreditat. auferuntur & ad S. C. Silan. in fin.* ferè, & differunt ab incapacibus, qualis sunt Apostatæ & Heretici *l. hi qui sanctæ 3. C. de Apostat. l Manichæos 4. § ipsos quoq; l. cognovimus 19. C. de Hæretic. authent credentes eod.* Peregrini *l. i. C de Heredib. inst.* & similes quod relicta hisce, inutilia ab initio sint, & apud heredem remaneant sine onere *l. 3. in pr. ff. de his quæ pro non script. habent.* indignis vero relicta, jure valeant, sed ex causa demum ab iis auferantur *l. aufertur 2. in pr. ff. de his quæ ut indign. auser.* deinde quod relicta indignis, fisco regulariter vindicentur *d. l. aufertur 2. & l. mulierem 14. ff. de his quæ nt indign.* licet aliquando aliæ personæ huic præferantur uti annotavit *Rosenth. de feud c-5. concluf. 47.* incapacibus autem relicta, pro non scripto habeantur *l. 1. C. de Heredib. instit.* proindeq; ad fiscum nõ pertineant *d. l. 7. ff. de his quæ pro non script. habentur.* Sed vel ad substitutum *l. 1. ff. de his quæ pro non script. habentur*, vel ad coheredes scriptos *d. l. unic. §. in primo 3. C. de caduc. tollend.* vel hisce deficientibus ad legitimos heredes *d. l. unic §. in primo 3. & l. in plurium 70. ff. dc acquirend. vel amit, hæredit Peregrin. de jure fisci lib. 3. tit. 1 n. 1. & 2. Bocer de Regalib. d. c. 3. n. 40. 41. & seqq Henr. Bruning. de var. univers specieb. concluf. 25. lit. C. Cujac. in parat. C. de his quib. ut indign.*

23. Judicat autem ut dixi indignos vel testator, vel lex ipsa; Testator si aliquem testamento heredem instituit, & codicillis voluntatem suam eundem non mereri declaravit *l. 4. C. de his quib. ut indign.* item si testamento aliquem heredem fecit, & sciens prudensq; in altero posteriori testamento incapacem instituit heredem, significans, si fieri possit, malle incapacem esse heredem quam capacem *l cum quidam 12. ff. de his quibus ut indign.* Lex indignum judicat eum, qui cum priori testamento heres scriptns esset, prohibuit testatorem, mutato priori, aliud condere testamentum. *l. si scriptis 19. ff. de his quæ ut indign. auser. hi. in. pr. ff. si quis aliquem testar. prohibuerit.* item eum qui ad sui institu-

tionem coegit defunctum *l. 1. C. si quis aliquem testar. prohib.* qui defuncti necem inultam omisit, *l. 1. l. si ideo 7. & l. sororem 10. C. de his quibus ut indign.* qui causam mortis sua culpa aut negligentia manifestissime præbuit, *l. indignum 3 ff. de his quæ ut indignis* qui defunctum gravis delicti reum fecit, vel status controversiam eidem movit *l. 1. l. si inimicitias 9. § 1. & 2. ff. d. t. & similes de quibus Peregrin. de jure Fisci lib. 2. per tot. Schultz synops Instit. Imperial. lib. 3. tit. de quint. ord. succedend. ab intestat. vers. indigni suut, &c.*

24. Bona vero quæ indignis hujusmodi auferuntur ereptitia appellat Ulpian. *in fragm. tit. 20. de dom. & acq. rer. §. lege nobis* & Paulus ea eripi & ad fiscum transferri scribit *in l. cum tacitum 49. in fin. ff. de jure fisci.* Vocantur etiam aliquando bona caduca l. *cum fisco 9. ff. de Sct. Syllan.* improprie tamen & abusive, cum ab hisce multum differant ereptitia, & caduca proprie sint, quæ mortuo testatore, antequam deferantur his quibus relicta sunt, deficiunt; e.g. si hæres vel legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel alias incapax factus fuerit, hoc enim casu hereditas vel legatum dicebatur esse caducum, & fisco vindicabatur ex L. Julia & Papia *l. unic. in pr. & ibid. Gothofr. in verb. caducorũ ex bellis ortam C. de caduc. tollend.* hodie ad substitutum pertinet, vel conjuncto accrescit, vel apud heredem remanet aut legatarium à quo relictum est, ut loquitur Imperator Justin. *in d. l. unic. §. pro secundo 4. C. de caduc. tollend.* Ereptitia autem bona dicuntur, quæ jam semel delata sunt & acquisita, sed postea vicissim ut indignis auferuntur *arg. l. 2. & t. t. ff. de his quæ ut indign.* & fisco etiam hodie adhuc vindicantur *Peregr. de jure fisci lib. 2. tit. 2. n. 1.*

25. Inter Regalia autem retulit bona hæc ereptitia Fridericus *in c. unic. Quæ sint Regal. ibid. bona quæ ut ab indignis legibus auferuntur* hanc potissimum ob causam, quod solius, ut dixi, Imperatoris Fisco olim illa acquirebantur *t. t. de his qnæ ut indign. auser.* & quod Fiscus illa non tantum, sed simul etiam fructus omnes perceptos auferebat *l. heredem 17 ff. de his quæ ut indign. l. 1. C. eod. l. cum quidam 5. in tacito ff. de usuris* nec indigni Falcidiam de relictis aut Treballianicam deducere poterant *l. Marcellus §. fin ff. ad Sct. Trebellian. l. beneficio 59. §. 1. ad L. Falcid.* Hodie non Imperatorem tantum sed Electores etiam Principes & reliquos status Imperij hoc jus sibi vindicare, & bona, si quæ indignis auferenda veniunt, auferre, extra omnẽ dubitationis est aleam.

26. Addit

26. Addit deniq; Imperator *in d. c unic. quæ sint Regalia* verba hæc *nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur.* quibus apertè innuit, excipi nonnullos casus; in quibus bona indignis ablata non Fisco, sed privatis cocediuntur. Casus vero hi speciales partim ex antiquis ff. legibus, partim etiam ex jure Codicis sunt desumendi *arg. d. l. unic. §. quæ autem 12. C. de caduc. tollend.* Primus est in tutore, qui onus tutelæ subire recusat; hic equidem indignus est legato, à pupilli parente illi relicto, *l. post legatum 5. §. amittere 2. ff. de his quæ ut indign.* verum ipsum legatum non ad fiscum transfertur, sed filio impuberi relinquitur, cujus utilitates sunt desertæ, ut inquit Ict. Paulus *in d. l. post legatum §. amittere vers. sed hoc legatum ff. de his quæ ut indign. auser. l. si legatarius 25. in fin. C. de Legat.* Secundus casus est in legatario vel fidei commissario, qui tabulas testamenti celavit, hic enim, si postea illæ in lucem emersérint, indignus est legato, ne fructum calliditatis suæ accipiat qui heredem hereditate sua defraudare voluit, & legatum apud heredem scriptum remanet, nec fisco acquiritur *d. l. si legatarius 25. in pr. C. de Legat.* Tertius est in herede qui hereditatem restituere jussus, & non sponte sua, sed à Prætore coactus demum eam restituit, nam & hic indignus est quarta Trebellianica, ea tamen non Fisco, sed fideicommissario heredi restituenda est *l. si Patroni 55. §. quod ergo, juncta l. qui poterat. 4. ff. ad hct. Trebellian.* & plures si quis scire desiderat, consulere poterit *Borch. ad c. unic. quæ sint Regaliæ n. 77. Bocer. tr. de Regalib. c. 3. n. 52.*

Bona contrahentium incestas nuptias.

27. Incestæ nuptiæ dicuntur, quas contrahit aliquis cum ea cognata vel affine sua, quam jure conjugem habere nequit *l. fin. ff. de ritu nuptiar. l. si adulterium 38. in pr ff. ad L. Jul. de adulter.* & sunt vel jure Gent. tales, vel jure civili; *Borch. ad c. unic. quæ sunt Regal. n. 79. Bocer. tr. de Regalib. c 3. n. 55.* Jure gentium, ut cum ex gradu ascendentium maxime & descendentium quis uxorem ducit, quam propter ejus prohibitionem ducere non potest *d. l fin. ff. de ritu nupt.* hinc incestæ nuptiæ sunt, quæ contrahuntur inter patrem & filiam, avum & neptem, matrem & filium, aviam & nepotem, & inter parentes & liberos in infitum §. *ergo non omnes 1. Instit. de Nuptiis* item inter novercam & privignum, socerum & nurum, socrum itidem & generum *l. fin. §. noverca 1. ff. de Condict. sine causa d. l. si adulterium 38. ff. ad L. Jul. de adult.*

Jure civili incestum committit, qui eam ducit quam propter juris civilis prohibitionem ducere non potest *Borch. d. n. 79.* ut si quis ex latere eam duxerit, quam vetatur, vel affinem quam impeditur, uti Ictus Paulus loquitur *in d. l. fin. vers. qui vero ff. de ritu nuptiar.* & hic aliquando etiam incestus juris G. dicitur. *Ritersh. in Expos. Novell. part. 4. c. 2. n. 15.* Non tamen omnis prohibitio juris civilis, incestas facit nuptias, sed illa demum quæ ob sangvinis fit conjunctionem vel affinitatem, nam & jure civili interdicitur alias matrimonium intra tutorem & pupillam *t. t. C. de interdicto matrim. inter pupill. & tutor.* & tamen hæ nuptiæ non censentur statim incestæ, sed potius inutiles dicuntur & generali appellatione prohibitarum nuptiarum continentur *Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 11. n. 2. 3. & 4. Capz. de Regalib. conclus. 78. in pr. Peregrin. de jur. fici lib. 5. tit. 1, n. 14.*

28. Pœnæ contrahentium incestas nuptias variæ fuerunt & multiplices, olim & quidem ante Justiniani tempora, qui ejusmodi nuptias contraxerant bonis equidem suis, (exceptâ dote) non exuebantur, sed propriis, ad vitam tantum, tenebant facultates ut inquiunt Impp. *in l. si quis incesti 6. C. de incest. nupt.* defunctis autē iis, pertinebant illa, vel ad proximos hæredes, non tamen ultra tertium gradum, vel hisce non extantibus, Fisco etiam acquirebantur *d. l. si quis incesti 6. vers. nihil prorsus & vers. memoratis vero personis C. de Incest. nupt.* Dos autem, si qua forte solemniter aut data aut promissa fuisset, fisci commodis simpliciter cadebat *d. l. si quis 6. vers. dos siqua C. de Incest. nupt.* una cum fructibus *l. incestæ nuptiæ 52. ff. de rit. nupt.* Donationes quoq; propter nuptias fisco vindicabantur *l. qui contra 4. C. de Incest. nupt.* Præterea liberi ex tali conjunctione suscepti, non erant justi & legitimi, nec naturales, sed incestuosi dicebātur item nati ex damnato & nefario coitu *d. l. si quis incesti in pr. C. de incest nupt.* quas pœnas omnes, & si quæ adhuc fuerunt aliæ, Justinianus postmodum non sustulit, sed auxit potius & exasperavit; primo namq; ex jure Justinianeo incestuosi proprias non amplius retinent facultates sed illarum æquè ac dotis, vel confiscatio fit, si liberi legitimi non adsunt, *Novell. 12. c. 1. & auth. incestas nuptias C. de Incest. nupt.* vel si ex prioribus nuptiis inculpabilibus filij adsunt, aut nepotes forte vel ulterius, hi suæ potestatis patris supplicio facti, paternam statim accipiunt successionem, ita tamen ut pater ab hisce alatur, *d. Novell. 12. c. 2. & auth. incestas nuptias C. de incest.*

incest. nupt. deinde præter publicationem ac confiscationem bonorum irrogavit Justinianus incestuosis ejusmodi exilium, fustigationem quoq; & castigationem verberum si humiliores fuerint & viliores qui incestas ejusmodi nuptias contraxere, *d. Novell. 12. c. 1. & 2. & auth. incestas nuptias C. de incest. nupt.* de pœna tamen quæ hodie incestui accommodari solet *v. Berlich. part. 4. conclus. practic. conclus. 32. & conclus. 33. & Jul. Clar. lib. 5. recept. senten. §. incestus n. 9.*

29. Respectu confiscationis autem bona hæc inter Regalia referre Imperatorem *in d. c. unic. Quæ sint Regal.* existimo cum *Borch. ad d. c. unic. Quæ sint Regal. n. 90. in fin. Bocer. de Regalib. c. 3. n. 53 & n. 56. Henric. Bruning. de var. univers. specieb. Conclus. 25. lit. D.* & licet Imperator Fridericus *h. in c. unic.* generaliter loqui videatur, quasi scilicet bona contrahentium incestas nuptias simpliciter Regale essent, & semper ac indistincte ad Fiscum Imperatoris, vel ejus qui jus Fisci habere dicitur, (ut hodie illud usu obtinere sæpe diximus) pertinerent, restrictionem tamen haut immerito recipit ex jure Justinianeo, quo cavetur ut confiscatio tunc demum locum habeat, si nulli justi & legitimi liberi extent, hisce vero extantibus, nihil juris in bonis incestuosorum prætendere debeat Fiscus *d. Novell. 12. c. 2, & auth. incestas nuptias. C. de incest. nupt.* hæc jura namq;, cum nominatim & specialiter non inveniuntur correcta, adhuc sequi & servare jubemur *arg. l. præcipimus 32. in fin. C. de appellationib.* Dico autem extantibus tantum liberis Fiscum nihil capere, nam reliquas personas quæ antea admittebantur & quidem ex *d. l. si quis incesti 6. vers. si qui forte C. de incest. Nupt.* Fiscus hodie excludit *per d. Novell. 12. c. 2. & Authentic. incestas nuptias C. de incest. nupt.* in quibus textibus duo potissimum ratione juris veteris notanda veniunt; Primo quod soli scilicet liberi excipiantur, & exinde manifestum sit, alios cognatos, de quibus *in d. l. si quis incesti 6. C. de incestis nupt.* non admitti. Secundo quod liberi ibidem excipiantur, non ad tertium usq; gradum tantum, uti facit *d. l. 6. C. de incest. nupt.* sed in infinitum *d. Novell. 12. c. 2. ibi Si vero contigerit ex prioribus nuptiis inculpabilibus filios esse ei aut nepotes forte, aut ulterius. confer. l. filij appellatione 84. & l. liberorum 220. ff. de V. S.*

30. Non possum hoc loco silentio prætereire quæstionem nuperrimè hic publicè propositam & ventilatam ex *§. mariti tamen 8. Inst. de Nupt.* An scilicet mariti filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio

marito matrimonium invicem recte contrahere possint? & licet negativa tunc temporis acerrimè defendebatur, illam tamen à specie veri longe esse alienam facile quis probaret, 1. cum inter has personas nulla sit consangvinitas, quod probo: quia consangvinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendentiũ, carnali propagatione contractum, uti *ex Ethicis Dn. Philippi* eam definivit *Schneidw. ad tit Inst. de Nupt. tit. de arb. consangvin. n. 2.* unde etiam consangvinei dicuntur, quasi ex communi sangvine nati; Jam vero inter has personas, de quarum conjunctione hic agitur, ejusmodi vinculum nec est, nec esse potest, non enim ex eodem stipite vel communi sangvine ortæ, sed ex diversissimis plane parentibus natæ sunt & progenitæ, 2. Quod neq; inter illas adfinitas quædam sit contracta, quæ impedire posset matrimonium; affinitas enim ultra personas junctas non extenditur *Wesenbec. ad d. §. mariti vero 8. Inst. de Nupt.* hoc est contrahitur tantum inter maritum & consangvineos uxoris, vel inter uxorem & consangvineos matiti, inter consangvineos autem mariti & uxoris (quales sunt die zusammen gebrachte Kinder) nulla prorsus affinitas est, impediens matrimonium *c. quod super 5. Ext. de consangvin. & affinit.* Hinc etiam patrem & filium cum matre & filia, duos cognatos cum duabus cognatis, avunculum & nepotem cum duabus sororibus matrimonium recte contrahere posse, asserit Pontifex Innocent III. *in eod. c. quod super 5. de consang. & affinit.* 3 Quod nulla lex, vel ob honestatem, quæ & in nuptiis attendi debet, *l. semper 197. ff. de R. J.* vel ob aliam qandam civilem rationem, *l. tutor 15. ff. de sponsalib. & similib.* his nuptiis impedimento sit sed permittat magis; Lex divina recenset nuptias prohibitas ob consangvinitatem tantum & affinitatem *Levit. c. 18. vers. 6. 7. & seqq. usq; ad vers. 18. & c. 20. vers. 17. & seqq. usq; ad vers. 21.* Lex humana apertius permittit matrimonium hoc, & quidem plurimis in locis, §. *mariti 8. Inst. de Nupt. l. generali 24. §. inter ff. de Ritu Nupt. l. Titia 134. ff. de V. O.* quibus adstipulatur Pontifex *in d. c. quod super 5. Ext de consang. & affin.* 4. Et ultimo quod concors omnium ferè Dd. tam Theologorum quam Ictorum, paucissimis saltem exceptis, non tantum opinio sit posse hoc matrimonium subsistere, verum etiam quod hanc opinionem jam à multis annis secuti sint, & in hunc usq; diem sequantur universæ Germaniæ & aliarum Gentium Consistoria. Nec dicendum hoc est, esse hoc ex longa

& in-

& inveterata quadam consvetudine, quod scilicet in Consistoriis ita pronuntietur; Nam si res per se illicita esset, & divino juri contraria, sequeretur, prorsus nullam prætendi hic posse consvetudinem, cum rerum turpium & illicitarum nulla dicitur consvetudo *Wesenb. in parat. ff. de Legib. n. 9. vers. materia* sed corruptela potius, quovis etiam tempore inhibenda, tollenda & in melius reformanda *d. c. quod super. §. Extr. de consangvin. & affinit.* cui accedit, quod nec longissimi temporis usurpatione juri divino præscribi possit, uti post multos alios ibidem adductos probat *Wesenb. d. l. & n.*

31. Opponitur autem hisce, textus in *Levit. 18. vers. 11.* qui ex fonte Ebraico ita exponitur: *Nuditatem filiæ uxoris patris tui quæ uxor parit tuo patri, hæc cum sit soror tua, noli revelare nuditatem ejus.* Verum an versio hæc veritati Ebraicæ congrua sit & conveniat, sacræ istius linguæ indagatoribus perpendendum relinquo, mihi animus est hac vice pauciſſimis inquirere an naturali & rectæ rationi illa consentiat; vix enim verisimile existimo, Spiritum Sanctum in hisce, quæ mysteria non continent, sed quæ Ethnici etiam novisse debent, absq; recta ratione loqui. Formabo itaq; duas tantum ex prædicta versione propositiones, quæ uti rectæ rationi & sacræ etiam scripturæ non erunt conformes, ita ex iis facile dignosci poterit quid novæ huic versioni sit tribuendum. Prima propositio hæc sit: *Filia uxoris patris mei, ex alio marito procreata, soror mea est & cognata.* Falsissimam esse hanc propositionem naturalis mihi ratio dictitat, quæ sic habet: *Soror tua dici nō potest nisi quæ ex eodem patre & eadem matre, vel alterutro eorum nata est*, & jus divinum, quod hac in parte nihil aliud quam veram rectam & simplicem rationem naturalem continet *Levit. 20. vers. 17.* ubi ipse Jehovah, illicitum pronuntians matrimonium inter fratrem & sororem, addit statim & exponit quænam sit & dicatur soror, scilicet seines Vaters Tochter oder seiner Mutter Tochter. Jam vero cùm comprivigna hæc, de qua quæritur, neq; ex patre meo, neq; ex matre mea nata sit, sed plane ex alienis parentibus, sequitur illam nec esse nec dici posse sororem meam. Secunda propositio sit talis: *Si uxor parit patri meo, tum propter hunc partum fit etiam soror mea filia prædictæ uxoris patris mei, ex alieno marito procreata.* Verum nec hic rationem video, nec quomodo hoc fieri possit satis capio, ut enim nepos ex fratre mihi non sit filius uxoris fratris mei, exinde quod & illa fratri meo

post mo-

postmodum pariat, sic nec ego verus & naturalis filius fieri potero illius fœminæ, quæ patri meo parit, & per consequens nec frater illius filiæ. Quærat itaq; hic Nicodemus: quomodo homo nasci possit denuo, & particeps fieri sanguinis alieni, qvum jam senex factus sit, num possit in ventrem alienum iterum introire & nasci?

Bona condemnatorum & proscriptorum.

32. Damnati hoc in loco qui sint & dicantur non peræque inter omnes convenit *Alvarott. Borch. & Communiter* F.F. *ad c. unic. Quæ sint Regaliæ* damnatos accipiunt eos, qui ultimo supplicio afficiuntur, & proscriptos, qui deportati sunt. Verum *Cujac. in parat. C. de Bon proscript. seu damnat.* damnatos eos vocat, qui ob crimen aliquod capite damnati, tacito jure ipsa damnatione bona sua amittunt, Proscriptos autem appellat criminis alicujus reos, quorum bona, non nisi per sententiam expresse publicantur; Et rectius; cum enim nonnulli criminis rei in corporalem tantum pœnam condemnantur & bonorum tamen publicationem simul patiuntur, licet illius mentio in sentia facta non sit, ut sunt, quibus aut vita adimitur, aut civitas, aut servilis conditio irrogatur *l. 1. in pr. & §. 1. ff. de bonis damnat. l. in metallum 4. C. de bon. proscript seu damnat. l. quando quis 10. C. eod.* alij vero in pœnam equidem corporalem condemnantur, bonorum tamen proscriptione simul non coercentur, nisi expresse in sententia bonis quoq; suis, vel omnibus, vel earum parte exuantur, ut sunt Relegati *l. deportatorum 8. C. de pœnis l. relegatus 14. §. 1. ff. de interdict. & relegat. l. liberis etiam 8. §. bona 3. ff. de bonis damnat.* existimo, illos appellatione condemnatorum, hos vero proscriptorum nomine recte denotari, *arg. l. unic. C. ne sine jussu Princip. cert. judicib. liceat. confiscar. l. fin. C. de Postuland.* quamvis nec Alvarot. Borch. & communis Dd. sententia meo judicio aliquid absurdi contineat, sed peræque sustineri possit, si per condemnatos intelligimus omnes illos, qui ad mortem tantum naturalem damnati sunt, per proscriptos autem eos, qui deportati sunt, aut cum expressa bonorum publicatione relegati.

33. Bona vero condemnatorum & Proscriptorum ad Regalia referuntur *in c. unic. Quæ sunt Regal. ibi bona condemnatorum &c. Borch. ibid. n. 81. Bocer. tr. de Regalib. c. 3. n. 59.* condemnatis enim atq; proscriptis illa auferebantur ac fisco acquirebantur, licet non semper ac indifferenter omnia, nam primo si sine liberis fuere illi, qui condemnabantur

bantur, tunc bona illorum ad fiscum pertinebant, *l. quando 8. C. de bon. proscript.* si vero liberi aderant, tunc certa illorum portio, vel dimidia pars, liberis primo relinquebatur *l. 1. §. liberis 2. ff. de bonis damnat. l. quando 10. C. de bonis proscript seu damnat.* & altera demum pars, fisco vindicabatur *d. l. quando 19. C. de bon. proscript.* quod tamen per jus novissimum denique correctum est & sublatum, nam Justinianus in *Novell. 134. c. fin.* constituit, bona condemnatorum & proscriptorum non amplius fisco applicari, nec lucrum fieri debere Judicibus aut eorum officiis, quoties descendentes inveniuntur aut ascendentes usq; ad tertium gradum sed deficientibus demum hisce admitti Fiscum, *d. c. fin. vers. ut autem non solum corporales Novell 134.* unde constat hac ratione tantum bona hæc Fridericum inter Regalia retulisse *in c. h. unic.* ait enim: bona condemnatorum & proscriptorum *secundum quod in novis constitutionibus cavetur*, & per novam constitutionem intelligit *d. Novell. 134. c. fin. Gothofr. in not. ad d. c. unic. Quæ sint Regal. in verb. novis constitutionibus Borch. ibid. n. 83. in fin.* Ex hac vero *Novell 134. c. fin.* desumpta cum sit *Auth. bona damnatorum C. de bon. proscript. & damnat.* & statuat, etiam collaterales usq; ad tertium gradum excludere hoc in casu fiscum, contra *d. Novell. 134. c. fin.* quæ mentionem tantum facit descendentium & ascendentium, rejiciunt illam communiter Dd., nec attendendam existimant, ut perperam per Irnerium vel alium quempiam privatum hominem non juris conditorem descriptam. *Bocer. tr. de Regalib. c. 3. n. 72. Fach. 1. Controvers. 36. Carpz. de Regalib. concluf. 82. cum aliis ibidem allegatis Rittersh. in exposit Novell. part. 13. c. 4. n. 7. & 8.*

34. Hodie per totum mundũ, excepto casu criminis læsæ Majestatis & hæresis abolitam esse confiscationẽ hanc nec observari, nisi constet speciali consvetudine vel statuto aliud introductum esse, multi maximiq; nominis Icti asserunt *Jul. Clar. quæst. criminal. 78. n. 1. ibi: sed certe quidquid sit, Peregrin. de jure fisci lib. 5. tit. 1. n. 8. Johan. Baptist. Bajard. in annotat. ad quæst. crimin. Jul. clar. d. quæst. 78. n. 8. 9. & seqq.* Verum non tam facile iis credendum monet *Heig. part. 2. quæst. 33. n. 53.* qui de generali consvetudine abrogatæ confiscationis scribunt præterquam enim quod ad probationem consvetudinis generalis sive universalis non sufficit paucorum Dd. testificatio, licet celeberrimi sint, maxime quando ea est contra jura scripta *arg. c. dilecto Ext. de offic Archid. Par.*

de Puteo tr. de Syndicat. in verb. Doctor. vers. an. Doctor n. 9. & 10. adsunt etiam alij qui superioribus expresse contradicunt *Baptist. Plot. de in lit. jurand. §. 6. n. 44. Bernh. Diaz. Decian. Gomes. Chassan. & plures ab Heig. d. l. & n. allegati.* Imo in Anglia consvetudinem esse, ut omnium ob quodcunq; delictum morti damnatorum bona fisco adjudicentur, nisi bis vel ter interrogati culpam contumaciter confiteri negent, testatur *Arnisæ. de jure Majest. lib. 3. c. 6. n. 16.* In Gallia quoq; universalem esse regulam: *Qui confisque le corps, il confis ꝯ les biens* ex *Chassan. de consvet. Burgund. rubr. 2. §. 1. in pr. n. 6.* & aliis Galliæ Icts refert *Wesenb. in parat. ff. de Bon. damnat. n. 6.* Quicquid tamen sit, in Germania ejusmodi confiscationes, non amplius in usu, sed omni in casu, excepto læsæ Majestatis & paucis aliis sublatas esse, innuit *Constit. criminal. Carol V. artic. 218. ibi.* Item an etlichen Orten/ so ein Vbelthäter ausserhalb des Lasters die Beleidigung vnser Majestät/ oder sonst in andern fällen/ so der Vbelthäter Leib vnnd Gut nicht verwircket/ vom Leben zum Todt gestrafft/ Weib vnd Kinder am Bettelstab/ vnd das Gut dem Herrn zugewiesen werden/ solche Gewonheit wollen wir/ das eine jede Obrigkeit abschaffen vnd daran seyn soll/ damit sie hinfürder nicht geübet/ gebraucht oder gehalten werden etc. Et hoc ipsum in Saxonia usu ita obsarvari asserit *Wesenb. in parat. ff. de bon. damnat. n. 6.* ut & in aliis locis *Bernhard Zieritz in not. ad Constit. crimin. artic. 219. in verb. si extra crimen læsæ Majestatis*, & adstipulatur ijs Jus Lubecense *lib. 4. tit. 9. artic. 1.* ibi: Oder durch Vrheil vnd Recht enthauptet gehangen oder sonst gerichtet wird/ seine Erben behalten alle sein Gut vnverkürtzet/ vnd gehöret davon dem Gerichte nichtes. De bonis vero quæ confiscari solent, & an confiscatio extendat sese ad omnia bona, *v. Jul. Clar. quæst. criminal. 78. n. 7. 8. & seqq. Baptist. Bajard. in additionib. & not. ad d. quæst. 78 n. 21. 22. 23. & seqq. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 14. Carpz. de Regalib. concl. 83.*

Angariarum, parangariarum, plaustrorum & navium præstationes.

35. Dicitur non modo angaria & parangaria in genere fœminino ut hic, sed & angarium & parangarium in genere neutro *l. ab his 10. §. angariorum & l. seq ff. de vacat. & excusat. muner.* imo aliquando ut adjectiva usurpari hæc vocabula constat ex *l. 2. §. ad parangariam C. de Episcop. & Cleric. ubi dicitur ad parangariam quoꝯ præstationem*

num

num vocentur. Quid autem sint Angariæ, quid itidem parangariæ, non uno eodemq; modo explicant omnes; *Alvarott. ad d. c. unic. Quæ sint Regal. n. 5.* Angarias existimat esse onus merè personale, videlicet, ut quis serviat cum persona sua ipsi Imperatori & expensis ipsius Imperatoris, & Parangarias onus quoddam mixtum, sc. ut serviat, aliquis Imperatori non tantū cum persona sua, sed sumptibus etiam & expensis propriis. *confer Alvarott. d. l. n. 5. Andr. de Isern. ibid. in verb. angariæ* verum erronea videtur hæc explicatio; primo namq; Arcadius Ictus Angarias non inter onera personalia sed patrimonialia refert, quæ possessionibus sive patrimoniis indicuntur *in l. munerum 18. §. patrimoniorum 21. ff. de muneribus & honoribus* & Hermogenianus, angariorum exhibitionem propriè rei cohærere, asserit *in l. sunt munera 11. ff. de vacation. & excusat. muner.* quibus cum facere etiam videtur *l. neminem 11. C. de Sacrosanct. Ecclesiis.* Deinde Parangarias non esse semper & regulariter onus mixtum, sed interdum personis tantum, interdū vero facultatibus quoq; & substantiæ indici, colligitur, *ex l. 2. §. ad parangariam 3. C. de Episcop. & clericis.* Aliter itaq; rem hanc considerat *Hotoman. ad c. h. unic. Quæ sint Regaliæ in verb. angariarum &c.* & ait: verbis angariæ & parangariæ significari operas extraordinarias, quæ propter repentinum aliquod negotium præstantur, ad solius Imperatoris Edictum, vel etiam alterius, cui ad Imperator permisit, verum nec hæc explicatio subsistit, obscura enim admodum est & nimis generalis, ut quæ non explicat satis quibus operis angariæ & perangariæ contineantur, nec quid angariæ à perangariis differant, exponit. *Bocer. tr. de Regalib. c. 3. n. 230.* Communiter itaq; definiunt Angarias & parangarias, quod sint præstationes jumentorum, plaustrorum & navium quæ exiguntur vel in transvectione armorum, vel in alia aliqua publica necessitate *arg. l. fin. vers. quotiens sane C. de Fabricensib. l. pen. § fin. ff. de Veteran. Cujac. ad l. ult. C. de Fabricensib. lib. 11. Borch. ad c. unic. Quæ sint Regaliæ n. 48. Vult. ibid. n. 7.* Daß man den Käyser mit Wagen/ Rossen/ Schiffen vnd dergleichen Frohnen dienet/ & distingvuntur invicem, quod angariæ tantum dicantur quando per publicam & commuuem viam, qua publicus cursus est institutus, Parangariæ vero, quando non per publicam communem & directam viam, sed alio versum & in obliqvum, jumenta, plaustra vel naves sint exhibenda *Borch. ad d. c. unic. n. 84.* Verum nec hæc explicatio, licet communiter à modernis nostris Dd. recepta sit & adprobata, arridet

Bocero, exinde quod proprie & specificè alia sit angariarum & perangariarum, alia item plaustrorum & navium præstatio, & quod angariæ *in h.c unic. Quæ sint Regaliæ* non tantum, verum etiam *in l. neminem 11. C. de SS. Eccles. l. 2. C. de quib. munerib. vel præstat. nemini liceat se excusare* à parangariis plaustris & navibus expresse distingvantur. Putat itaq; per angariorum exhibitionem intelligi præstationem privatorum ad cursum publicum perficiendum, per parangarias vero præstationem itidem privatorum equorum ad onus aliquod in causa publica deponendum *v. Bocer tr. de Regalib. cap. 3. n. 247.* & hujus suæ opinionis fundamentum desumit ex *tit. C. d. cursu public.* ubi de veredis ac paraveredis, angariis ac parangariis agitur, & cum veredi nihil aliud sint quam equi, publico cursui deputati *l. 1. C. de cursu public. ang. & parang.* unde etiam æqui cursuales dicebantur *l. comperimus 19. C. eod.* Paraveredi autem equi majores seu agminales *l. fin. §. patrimoniorum 21. ff. de munerib. & honorib.* qui agmen exercitus sequebantur, impedimentaq; hoc est instrumenta, sarcinas & quæ alias ad usus exercitus circumferri solent, convehebant *Gothofred. in not. ad d. l. fin. §. patrimoniorum 21. in verb. agminales equi ff. de munerib. & honorib. Cujac. ad Rubr. C. de Curs. publ. angar. & perang. in fin.* illiq; non privatorum, sed publica erant animalia *l. gravissimæ 10. l. animalia 18. C. de cursu public. angar. & parangar.* & dispositi in omnibus provinciis habebantur, *l. in omnib. 7. C. d. t.* aliquando autem ad publicum cursum, vel ad aliam functionem muneris publici expediendam non sufficiebant, in nonnullis etiam locis dispositi plane non habebantur, factum existimat, ut equi ad hunc usum à Provincialibus demum exigerentur, & necessitatem præstandorum equorum cursualium, angariam, majorum vero & clitellariorum equorum parangariam dicerent *Bocer. d. tr. de Regalib. c. 3. n. 247.*

36 Et huic opinioni, ut probabili cuidam conjecturæ hac vice subscribo, non tantum propter rationem & fundamentum ex Bocero, jam adductum, verum etiam quia video. Impp. Arcad. & Honor. *in l. nemo 10. C. de cursu public. angar. & perang.* hanc quoq; sententiam maxime fovere quando ajunt: *nemo ducum ingressus semel provinciam suam postmodū in itineribus faciendis cursu atq; angariis utatur sive ipse sive suum officium, sed expeditionē jumentis propriis exequatur.* Ut enim extra omne dubium mihi positum est, per cursum hic nihil aliud intelligi,

telligi, quam equos publicos, & publico cursui destinatos *arg. l. 1. & t. t. C. de cursu public. angar. parang.* ita angarias hic accipio pro præstatione equorum privatorum ad functionem muneris publici expediendam; maxime cum conjungant hæc duo Imperatores, & singula expeditionibus publicis inservire dicant, Sensus itaq; *d. l. 20.* hic est: Duces & Præsides provinciarum in itineribus faciendis, vel aliis functionibus expediendis, nec uti debere equis publicis & publico cursui destinatis, nec provincialibus etiam necessitatem quandam imponere ad equos suos & privatos exhibendos, sed expeditiones propriis jumentis exequi oportere. Deinde, quia imperator Fridericus *in c. h. unic. Quæ sint Regaliæ* inter Regalia non refert tantum angariarum & perangariarum præstationes, quod sufficeret sane si per angarias & parangarias intelligi hic voluisset, quasvis præstationes jumentorum plaustrorum & navium, da man den Käyser mit Wagen / Rossen / Schiffen vnd dergleichen Frohnen dienet / *ut communiter Dd. Cujac. Vult. Borch. Otto. Arum. Lindem. tradunt* cum hæc omnia alias solius etiam angariarum appellatione comprehenduntur *l. fin. vers. quotiens sane ibi: in translatione armorum angariæ necessariæ fuerint. C. de Fabribensibus l. viæ sternendæ 4. §. 1. naves eorum angariari posse ff. de vete. ran.* Sed addit & plaustrorum & navium præstationes; unde firmiter concludo, angarias hoc in loco non in genere sed in specie accipi, & aliam esse præstationem angariarum, aliam parangariarum, aliam plaustrorum aliam denique navium, & singulis speciebus proprie aliquid denotari.

37. Visis autem duabus prioribus speciebus, angariis scilicet & parangariis, jam dispiciendum erit, quid Imperator sibi velit, per plaustrorum & navium præstationes; Plaustrum ergo, pro quo alii plostrum legunt, uti habent etiam nonnulla exemplaria *in l. qui sella 7. ff. de Servit. rustic. præd. & in l. si servus servum 27. §. si ex plaustro 33. ff. ad L. Aquill.* vehiculum est vel Currus quo aliquid vehitur & transportatur; Et plaustrum dictum putat *Coras. 3. miscellan. 26 n. 2.* quasi ex omni parte palam sit quod in eo vehitur, & differre à vehiculo, quod ex certis tabulis velut arca campactum est, ita ut id quod vehitur, reconditum sit, nec videri possit. Navium denique varia fuerunt genera, hic onerarias potissimum intelligi existimo, vel lusorias etiam naves quibus ad excubias utebantur *Veget. lib. 2. c. 1. & lib. 4. cap. ult.* quarum

etiam meminit. *Ammian. Marcellin. lib. 17.* his verbis: *Lusoriis navibus discurrentes flumen ultro citroq; milites ordinavit.* Præstationes itaq; angariarum & parangariarum non modo, sed & plaustrorum & navium, inter Regalia retulit Fridericus *in c. h. unic. Quæ sint Regaliæ, ibi: angariarum &c. & ibidem Dd. communiter* exinde quod Imperatoriæ Majestati per omnes Imperij provincias debebantur, adeo ut expeditionis tempore, & quoties Imperator ad felicissimam expeditionem per provincias iter arriperet, nemo ab hoc munere se excusare, aut privilegium quoddam exemptionis prætendere posset. *l. neminem 11. C. de SS. Eccles. l. nullus C. de Curs. publ. angar. & parangar. l. cum ad felicissimam 2. C. de quib. munerib. vel præstation. non licet se excus.* Inter minora vero, seu Fisci Regalia referunt præstationes hasce Dd. *Bocer. tr. de Regalib. c. 3. n. 235. Carpz. dissert. de Regalib. concluf. 94. Daniel. Ott. de jure pub. c. 11. in fin. ferè, Obrecht. disp. feudo 5. th. 187.* & quidem ut mea fert opinio, cum Fisci magis esse videantur quam Imperatoris, & Imperator expeditionis & necessitatis tempore ad eas, tanquam ad sacrum suum ærarium recurrat, unde & Fiscus eo locupletior haberi poterit, quo ipsi majores & plures debentur præstationes *arg. l. 1. C. de navib. non excusand.*

38. Et licet hodie in Imperio nostro Romano parum frequentari videamus ejusmodi præstationes, usus tamen haut multum dissimiles observat operas, quas subditi debent suis Dominis. Sunt autem illæ vel determinatæ vel indeterminatæ; Determinatæ seu **gemessene Frondienste** sunt, ubi subditi certis & statutis diebus in mense vel anno fodere, ligna cædere, aut cum plaustris, jumentis, navibus, vel alio modo servire coguntur *Obrecht. disp. de Regalib. th. 501.* Indeterminatæ operæ, quæ nostra lingva **ungemessene Frondienste** appellantur, sunt, quæ ex Dominorum arbitrio dependent, & toties præstari debent, quoties exiguntur *Obrecht. disput. de Regalib. th. 502.* quales ferè sunt omnes, quas hisce in Terris inferioris Saxoniæ, præsertim in nostra Megapoli, nobilibus & Dominis suis debent subditi, illæ enim nec certos dies, certumq; laborem respiciunt, sed in omni genere & semper, quoties scilicet usus hoc postulat & res exhibendæ & præstandæ veniunt. Quæritur autem hoc loco quid juris, si Equi, plaustra, naves & similes res, eo tempore, cum subditi servitia præstant, ab hostibus diripiantur, anne hoc damnum Dominus iis resarcire teneatur? &

negativa

negativa verior est quam defendit cum *Alciat. ad l. neminem in verb. plaustrū C. de SS. Eccles. Bocer tr. de Regal. c. 3. n. 249.* Quid si tamen onus præstandi ejusmodi servitia universitati alicui, puta civitati vel pago incumbat, eaq; munus hoc quibusdam ex civibus vel rusticis imponat, qui jam hostium incursu equos suos, plaustra & naves amittunt vel alio modo damnum patiuntur? & quamvis hoc in casu non à Domino, ab ipsa tamen universitate damnum hoc, iis resarciendum esse existimo, quod enim ipsa universitas debet, singuli non debent *in l. sicut 7. §. 1. ff. Quod cujuscunq; universit. nom. vel contr. eam agatur.* At servitia ejusmodi universitas maxime debet, & non certi illi homines ad hoc electi, per consequens itaq; sumptibus quoq; & periculo totius Universitatis sunt subeunda. *arg. l. 1. §. quib. autem. ff. Quod cujuscunq; universit. nom. v. Bocer. d. c. 3. n. 249. vers. quod si tamen.*

Extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinū expeditionem.

39. Per extraordinariam collationem intelligunt nonnulli Fodron seu fodrum *Cujac. ad c. h. unic. Quæ sunt Regal. in vers. extraordinaria collatio* quod germanicum esse videtur & significat, non solum pabulum equorum germanicè **Futter**, sed & frumentum, hordeum, aliasq; res victui necessarias, & subditis ob transitum exercitus Imperatoris impositas; *arg. l. si pendentes 27. §. si quid 3. ff. de Usufr. Calvin. in lex. jurid. ad vocab. fodrum.* nec absurda adeo illorum sententia, cum adprobet illam Otto *Frisingens lib. 2. c. 13. in histor. Frideric.* his verbis: *nobis intrantibus Lombardiam, fodrum consvetum præstabunt & regale* & Conrad, Imp *in Constit. de beneficiis 5. Feud. 1. §. insuper & omnibus &c* ibi: *fodrum autem de castellis quod nostri antecessores habuerunt, habere volumus, illud vero quod non habuerunt nullo modo exigimus.* Alij per extraordinariam collationem, quæ fit ad felicissimam regalis numinis expeditionem intelligunt die Reichsstewren zu einem Römer Zug *Schneidew. part. 5. de feud. n. 114. Bocer. d. tr. de Regalib. c. 3. n. 196. Carpz. de Regalib. concluſ. 95.* unà cum comitatu qui Imperatori pro consequenda Imperij coronâ Romam eunti præstandus est, *confer. Schneidevv. de feud. d. part. 5. n. 114. & Carpz. d. concluſ. 95.* Verum rectius, ni fallor, extraordinariam collationem in genere hic accipimus pro superindicto, quod ad tempus, ex improviso & præter morem ob Reipub.

pub. neceſſitatem indicitur, incertam habens in re & tempore præſtationem, & noſtro ſeculo collecta appellatur *Andr. Gail. lib. 2. obſervat. c. 52. n. 8. in fin. Borch. ad c. unic. Quæ ſint Regaliæ n. 85.* Reichsſtewr/ Aufflage.

40. Regalibus vero extraordinarias ejusmodi collationes & ſi quæ fuerunt aliæ non immerito annumeramus, cum olim non niſi ex ſolius Imperatoris judicio & præcepto imponi & exigi poterant, uti innuit textus *in l. unic. C. de ſuperindicto Novell. 128. c. 1. Cujac. ad d. l. unic. C. de Superindict.* Hodie tamen non à ſolo Imperatore, ſed cum conſenſu ſtatuum Imperij demum indicuntur, ut habent varij Receſſus Imperij, veluti. *Receſſ. Imperij Wormatiens. de An. 1495.* item Reichs Abſcheid zu Augſpurg/ *de An. 1500.* zu Cölln *de An. 1512. §.* vnd damit die Meſſigung. Zu Augſpurg *de An. 1518.* zu Nürnberg *de An. 1522.* zu Speyrr *de An. 1526. §.* item als auff den Reichstage *cum ſeqq.* zu Speyr *de An. 1526. §.* zum andern/ zu Augſpurg *de An. 1530. §.* vnd nach dem offenbahr zu Regenſpurg *de An. 1532. in pr.* zu Speyr *de An. 1542.* zu Augſpurg *de An. 1548.* & Capitulationes Cæſarum, *confer. capitulat. Ferdinand. II. §.* deßgleichen ſie 10. ibi: auch in zugelaſſenen Fällen die Stewr vnd Aufflage ohne Wiſſen vnd Willen der ſechs Churfürſten nicht anſetzen noch außſchreiben. *Chriſt.* Meyfiſch *de poteſt. & jurisd. Imper. concluſ. 13. lit. C.* nec ante exigi debent vel poſſunt, quam in publicis Imperij comitiis indultæ & cuilibet Statui impoſitæ ſunt. *Anton. Coler ſection. de jure Imp. Germ. concluſ. 27.* Impoſitas autem ejusmodi collationes Principes aliiq; Imperij ſtatus à ſubditis ſuis rectè exigere poſſunt Reichs Abſchied zu Augſpurg de An. 1548. ibi. das derowegen eine jede Obrigkeit Macht haben ſoll/ ſeine Vnterthanen geiſtlich vnd weltlich/ ſie ſein exempt oder nicht exempt/ gefreyet oder nicht gefreyet/ mit Stewr zu belegen doch höher vnd weiter nicht/ denn ſo ferne einer jeden Obrigkeit gebührende Anlage ſich erſtrecket/ Quando vero & ipſis Statibus collatio eſt indicta, & ſingulariter ac ſeparatim etiam eorum ſubditis, tunc collationem hanc ex propria ſua Camera atq; ærario præſtare debent ſtatus Imperij & non à ſubditis exigere Reichs Abſchied zu Speyr de An. 1542. §. Es ſollen alle Churfürſten ibi. jhrer Vnterthanen hierin gantz vnbeſchwert/ in Betrachtung das dieſelben/ ſie ſein geiſtlich oder weltlich/ ohne das durchaus alle für ſich ſelbſt/ wie hievor gemeldet/ jhre Anlage gebē müſſen & ita poſt *Modeſtin. Piſtor.*

Pistor conf. 4. n. 40. hunc Recessum Imperij intelligit Bocer. d. tr. de Regal. lib. c. 3. n. 214.

41. Hujus Regalis nomine veniunt etiam Collectæ quæ contra Turcam immanissimum Christiani nominis hostem universo orbi Romano imponuntur, die gemeine Türckensteur zum Römer vnnd Türckenzug *Carpz. de Regalib. conclus. 97. Bocer. d. c. 3. n. 233.* & debentur non tantum ex bonis mobilibus & immobilibus, feudalibus ac allodialibus Reichs Abschied zu Speyr *de An. 1544.* §. vnd nehmlich sollen *ibi:* von allen jhren beweglichen vnd vnbeweglichen Hab vnd Güetern sie sein Lehn oder eigen verum etiam capitibus quandoq; ac personis ipsis, tam servorum & ministrantium Knecht vnd Mägden quam Dominorum conjugum & liberorum injunguntur Reichs Abscheid zu Augspurg *de An. 1400.* §. Nemlich das allen/ Reichs Abschied zu Cölln *de An. 1512.* §. vnd damit der Arme imo tam Laici quam clerici, superiores quam inferiores, literati quam illiterati & omnes deniq; Imperij subditi, quantumcunq; etiam privilegiati sunt, huic oneri subjugantur uti ex publicis comitiorũ decretis liquido apparet Reichs Abschied zu Wormbs *de An. 1495. in pr. de An. 1542.* §. vnd nehmlich sollen & §. Es sollen auch alle Churfürsten *de anno 1544.* §. vnd nehmlich sollen alle *de An. 1576.* §. vnd nach dem diese *de An. 1582.* §. vnd demnach sollen die Vnterthanen & *multis aliis. Decian. 4. Consil. 44. n. 142. Knich. de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum. c. 5. n. 285. & seq. Bocer. d. tr. de Regalib. c. 3. n. 216. & 217. Caspar. Klock. de contribution. in Imp. usitat. conclus. 43.* Utrum autem Imperator immunitatem à collectis hisce turcicis, petentibus indulgere possit quæstio est ardua & celebris? Negantium tamen opinionem æquitati & veritati maxime consentaneam existimo, per illa quæ tradunt, *Minsing. 4. Observat. 70. Thom. Michael de SS. Cæs. Majestat. Camer. ac stat. Jurisdict. conclus. 25. Danil. Ott. de jure public. c. 11. in fine ferè sub. rubr. Extraordinaria collatio &c. Baptist. Plotius de in litem jurand. §. 1. n. 19. & 20. Tapia ad Ruhr. ff. de Constitut. Princip. c. 4. n. 31. Zach. Vietor de causs. exempt. Imper. Conclus. 19. in pr. vers. quamvis hodie restrictior &c. Henr. Bruning. de variis universit. specieb. conclus. 5. lit. H.*

42. Possunt quoq; Principes, Comites, Barones aut civitatis Imperialis, vel municipalis etiam Magistratus, si tamen Regalia vel jurisdictionem exercent, subditis suis extraordinarias collectas imponere,

absq; speciali & novo Imperatoris privilegio, maxime in casu necessitatis *Borch. ad d. c. unic. Quæ sint Regaliæ n. 53. Gail de Arrest. Impr. c. 9. n. 19. Bocer. tr. de Regalib. d. c. 3. n. 219. in fin. Andr. Knich de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum c. 5. n. 287. Bronch. 2. miscell. controvers. 77.* quæ vulgo collectæ provinciales, germanicè Landstewer appellantur *Casp. Klock de contribut. in Imper. usitat. concluss. 9.* Verum casus isti necessitatis quinam sint, non immerito quæritur? nos in illorum numerum referimus, murorum, pontium & viarum instructiones & reparationes *arg. l. ad instructiones 7. C d. SS. Eccles. l. omnes 12. & l. turres 18. C. de Operib. publicù Bocer. d. tr. de Regalib. c. 3. n. 220.* incursionem hostilem *Rosenth. de feud. c. 6. concluss. 82. Bocer d. c. 3. n 220* satisfactionem æris alieni *Hartman. Pistor. lib 1. quæstion. jur 37. n. 6. Gail. d. tr. de Arrest. Impr. c. 9. n. 19. in pr. Andr. Knich. de Saxon. non provoc. jure in verb. Ducum c. 5. n. 288.* captivitatem Domini *Bart. ad l. placet in addit. C de Excusation. muner.* & similes, quos passim vide apud *Bart. in additionib. ad d. l. placet. C. de Excusat. muner. & Andr. Knich. de Saxon. non provoc. jur. in verb. Ducum d. c. 5. n. 287. 288. & 289.* Deniq; posse etiam quamlibet aliam Universitatem & villam, ut & collegium quoddam pro necessitate inevitabili, sine licentia superioris, semet ad voluntariam collationem obstringere, asserit, *Caspar. Klock de Contribut. Imper. concluss. 12.* verum collecta hæc, quæ vi pacti & couventionis tantum subsistit, de Regalibus censeri non debet, uti nec collectam, quam Principes & Domini territoriorum subditis suis imponunt, semper & omni in casu de Regalibus esse existimo.

43. In omni vero collectarum indictione, qualiscunq; etiam illa sit, ad solam necessitatem & utilitatem publicam, respectus est habendus & tunc demum ad extraordinariam collationem deveniendum, cum calculus ordinariorum redituum non sufficit, uti monet *Carpz. de Regalib. concluss. 96. in pr.* finis namq; omnium contributionum & exactionum utilitas tantum Reipub. esse debet *Heig. 1. quæst. 17. n. 7.* non ut potentiores subditos & plebem medullitus exugant, & Principum privatis crescant æraria damnis. Deinde nec in alium usum verti debent contributiones, quam in quem principaliter indictæ sunt, uti habet *Capitulatio Ferdinand. II. d. §.* deßgleichen sie so ibi: auch die von den Reich vnd deſſelben Ständen eingewilligte Stewer vnnd Hülffen zu keinen andern Ende / als dazu ſie gewilliget worden / anwenden

wenden. & sæpius in Recessibus Imperij cautum est; daß einem jeden Stande daß seine soll wieder zugestattet werden wo keine Hülffe gethan. *Warn. de Erenb. de regn. subs. ac onerib. subdit. c. 8. n. 15.* Tandem æquissimum quoq; est, ut quod publica necessitas introduxit, illud ipsum, cessante ea, vicissim tollatur *Warnem. de Erenb. d. c. 8. n. 11. 12. 13. & 14.* ne ob immoderatam collectarum & tributorum licentiam populus ad seditiones excitetur *Richard. Dicter. de summ. sum. Imper. potest. th. 65.* verissimum enim est quod *Tacit. lib. 3. historiar.* ait: pecuniis acerbè acquirendis plus invidiæ quam virium sibi addere Principes. Hinc populo Romano tributum remissum legimus, quàm primum L. Æmilius Paulus, Macedonicis opibus ærarium satiavit, *apud Valer. Maxim. lib. 4. c. 3* & formulas in Gallia exstare, testatur *Bodin. lib. 6. de Republ. c. 2. n. 656.* quibus Principes ingenue profitentur, se omnia tributa quam primum licuerit, sublaturos.

Argentariæ.

44. Quid per Argentarias hic significetur, non una vicissim est omnium opinio; Hotoman. & Egvin. Baro, *ad c. h. unic. Quæ sint Regalia* hoc vocabulum explicant per jus constituendi mensas argentarias, quas exercere solebant, Argentarij item Mensarij vel Mensularij *l. emptor 47. §. Lucius ff. de Pactis l. si ventri 24. § in bonis ff. de reb. author. Judic. possid. Cujac. ad l. si unus ff. de Pactis* qui etiam distractores argenti dicebantur *l. pen. in fin. C. de Constit. pecun. l. fin. in pr. C. de pignorib.* item nummularij *l. emptor 47. §. 1. vers. quæsitum ff. de pactis* quamvis nonnihil discriminis inter argentarios & nummularios dari possit uti evincit *l. quædam 9. § nummularios ff. de Edend. Cujac. 10. Observ. 14. vers. qui vendunt minuta æra* & quorum olim in civitatibus certum erat corpus sive σύστημα, ut loquitur *Cujac. ad d. l. si unus in verbo alium ff. de Pactis & 10. Observat. 14.* quiq; tabernas ac mensas in foro positas habebant *arg. l. qui tabernas 32. ff. de contrah. Empt.* apud quas pecuniæ deponebantur, permutabantur, emebantur & vendebantur *arg. l. si hominem 7 §. quoties 2. ff. depositi l. si res 50. ff. de administr. & peric. tutor. confer. Cujac. d. Observat. 14.* Verum an argentariæ ita sumptæ de Regalibus sint, & dici possint admodum dubito, maxime cum nullibi in jure traditum legamus, quod vel Argentarij isti & Mensularij solius Principis fuerint vel solus Imperator potestatem

habuerit argentarias ejusmodi instituendi *Boeer. d. tr. de Regalib. c. 3. n. 159. in fin.* & rectius forsan existimo vocabulum hoc de auri, & argenti fodinis accipi cum *Borch. ad c. h. unic. Quæ sint Reg. n. 87. Rosenth. de feud. c. 5. concluſ. 88. Buxtorff. ad aur. bull. concluſ. 89. Boeer d. tr. de Regalib. c. 3. n. 163. Vult. de feud. c. 5. n. 7. Henric. Bruning. de var. univerſit. ſpecieb. concluſ. 26. lit. A. Daniel. Otr. de jure publ. c. 11. in fin. ferè* imo de cujusvis metalli fodinis, quod confirmat non modo generalis Germaniæ noſtræ conſvetudo, qua etiam aliorum metallorum fodinæ ad regalia pertinere cenſentur *Henric. Bruning. d. concluſ. 26. lit. A. Arniſ. de jure Majeſt. minor. c. 5. n. 4.* verum etiam adprobat *A. B. Cavol. IV. tit. 9. de auri argenti & aliarum ſpecierum mineris.*

43. Non autem pertinent hæ metallorum fodinæ ad Regalia, quatenus in locis publicis, Fiſci aut Cæſaris reperiuntur, nam tunc de jure gentium & communi, quo omnes prædij fructus naturales, ad Dominum iſtius prædij pertinere dicuntur §. *item ea 19. Inſt. de rer. diviſ. l. bonæf. emptor. 48 ff. de acquir. rer. dom. l. ſolam 49. §. 1. ff. de rei vindicat.* vel publicæ ſunt, vel Fiſci etiam, vel ipſius Imperatoris, ſed cum in privatorum prædiis inveniuntur *Arum ad aur. bull diſcurſ. 5. th. 5. Carpz. d. diſſert. de Regalib. concluſ. 60.* abolitum enim & obliteratum jam eſt hac in parte jus antiquum, quo fodinas in privatorum patrimonio fuiſſe oſtenditur *l. fructus 7. §. 13. & 14. ff. Solut. Matrimon. l. 3. §. fin. & l. ſeq. ff. de reb. eor. qui ſub. tutel. vel cur. ſunt. l. ſi cujus rei 13. §. inde eſt quæſitum 5. ff. de Uſufruct.* certa ſaltem portione Fiſco & Domino ex earum proventu attributa *l. 2. & 3. C. de metallor. & metallis.* quod præter *c. h unic. quæ ſunt Regal.* probat etiam *Gunth. in Ligurin. lib. 8.*

Hæc & ſi qua pari fuerant obnoxia juri,
Prælati, Proceres, miſſiq; potentibus urbes,
Libera Romano liquerunt omnia regno.

Et Henricus VI. Imperator in conſtitutione quadam apud *Goldaſt. tom. 3. conſtit. Imper. pag. 363.* his verbis: *Cum omnis argenti fodina ad jura Imperij pertineat & inter Regalia noſtra ſit computata, nulli venit in dubium quin ea quæ nuper in Epiſcopatu Mindenſi dicitur inventa, ad noſtram totaliter ſpectet diſtributionem, unde in ea nulli hominum quicquam juris recognoſcimus, niſi hoc à noſtra liberalitate valeat ſpecialiter impetrare.* Hinc jam de generali Germaniæ, conſvetudine auri, argenti,

genti, & aliorum metallorum fodinas absq; speciali Imperatoris concessione nemo vindicare sibi potest *Heig. lib. 1. quæst. 13. n. 27.* & quamvis Vasallus de omnibus feudi utilitatibus investitus sit, metallorum tamen fodendorum potestatem non habet, nisi & de illorum fodinis expresse sit investitus *Heig. d. quæst. 19. n. 30. Wesenb. consil. 60. n. 1. & seqq. Arum d. discurs. 5. ad aur. bull. th. 5. Reinh. diff. jur. civil. & Saxon. part. 6. c. 8. Andr. Knich. de Saxon non provoc. jur. in verbo Ducum c. 5. n. 108. 109. & seqq. Speidel. in not. ad disput. 8. Rumelin. ad aur. bull. th. 10.* Cavendum itaq; ab illorum sententia, qui volunt fodinas in agris privatorum inventas ad Dominos agrorum pertinere, dummodo decimam metallorum partem superiori solvant, uti monet *Arum. d. discurs. 5. th. 5.* & referendæ sunt argentariæ seu argenti fodinæ inter Regalia, non ratione tributi, reditus & vectigalis quod privati ex argenti fodinis Fisco Imperatoris præstare tenentur ut Communiter Dd. faciunt *Boer d. tr. de Regalib. c. 3. n. 166. vers. satius est ergo Rumelin. ad aur. bull. differt 8. th. 10. Buxtorff. ad aur. bull. th. 89. Bruning. de var. univers. specieb. conclus. 26. Schneidw. ad §. constituitur n. 5. & 6. Inst. de usufr.* sed respectu proprietatis, ipsius enim Imperatoris sunt, etiamsi in loco privato reperiantur uti jam supra dictum est.

26. Et juvat hanc sententiam, præter jam dicta, non modo, *c. nunc. Quæ sint Regalia* ubi argentariæ seu argenti fodinæ simpliciter & sine ulla distinctione regalibus annumerantur, verum etiam quod Carol. IV. *in aur. bull. c. 9.* specialiter Electoribus argenti fodinas concessit, ibi: Wir wollen etc. das vnsere Nachkommen die Könige in Böhmen auch alle vnd jede Churfürsten geistliche vnd weltliche die hinfüro seyn werden / alle Gruben Goldt vnnd Silbers / die Ertz des Kupffers / Zinnes / Bleyes / Eisens / Stahles vnd welcherley andere Geschlechte es seyn / auch Saltzes das funden ist / vnd noch funden wird fortan zu jeden Zeiten / in ermeldtem Königreich vnd in allen andern Theilen vnd Landen so demselben Königreich vnterworffen seyn / vnd die obberührte Fürsten in ihren Fürstenthümen / Herrschafften vnd Zugehörungen recht vnd redlich mögen besitzen / mit allen Rechtē nichtes außgenomen / &c. quæ concessio sane supervacanea esset, si fodinę ejusmodi alias, & quidē jure proprietatis ad ipsos Electores pertinuissent. Nec ad rē facit, quod ait *Schneidw. ad d. §. constituitur n. 6. Imp. de Usufr.* auream bullam accipiendam esse de privilegio Electoribus

ctoribus conceſſo, ut ſcilicet habeant illi argenti fodinas liberas & ſine gravamine decimarum, nam de præſtatione decimarum aut de alio quodam gravamine in *d.c.9.* ne verbo quidem agitur, ſed de ipſis metalli fodinis, & haſce ut juſtè tenere & poſſidere in ſuis ditionibus poſſint, Electoribus concedit.

Piſcationum reditus.

47. Pro piſcationum hic picariarum legendum exiſtimat *Cujac. ad c.h.unic. Quæ ſint Regal.* & picariarum reditus Regalibus annumerat exinde quod in *l.inter publica 17. in fin. ff. de V. S.* vectigal picariarum inter eos refertur reditus qui Fiſco debentur, ſunt autem picariæ picis fodinæ, ſive locus ubi pix foditur, *confer. Cujac. ad d. c.unic. Quæ ſunt Regal.* Sed rectius ex communi Dd. ſententia vulgarem hic retinemus lectionem, maxime cum ipſe Fridericus Imperator piſcarias inter Regalia connumerat in oratione ſua quam ex *Radevic. lib.2. c.5.* retulit *Bocer d.tr. de Regalib.c.1.n.3 & Carol.Sigon.lib.7. de regn.Italiæ in vita Ottonis I.* hoc regale piſcarias appellat *Sixtin.lib.2. de Regalib. c.18. n.2.* Per piſcationum reditus vero nihil aliud intelligimus quam ipſum vectigal piſcariorum, quod ob piſcationem, quæ in mari & fluminibus publicis fit, præſtatur *Bocer.d.tr.de Regalib.c.3. n.142. Daniel. Otto de jure public.c.11.in fin. Peregrin.de jure Fiſci lib.8. n.38.* vel ſecundum alios in *d.l.inter publica 17. ff. de V. S.* piſcationum reditus hic vectigal dicitur, quod pro uſu fori, quo piſces venduntur, præſtandum venit, nec huic interpretationi obſtat text. *in l. unic. C. de Nundinis* prout exiſtimant *Cujac. & Sichard. ibid.* cum ſtricte ille accipiendus ſit, de ſolo ſcilicet tempore nundinarum.

Salinarum reditus.

38. Inter Regalia denique refert etiam Fridericus Salinarum reditus *in c.h.unic. Quæ ſint Regal. ibi & ſalinarum* verum anne hoc ſit accipiendum de omni ſalinarum reditu, ita ut omne commodum, omnis fructus ſalinarum de Regalibus ſit, etiamſi in privatorum prædiis ipſæ ſalinæ inveniantur, an vero pars quædam redituum, maxime in dubium vocatur? Et non omne ſalinarum emolumentum, ſed partem quandam redituum ad Imperatoris Fiſcum duntaxat pertinere & hoc in loco inter Regalia referri probat *Bocer.tr.de Regalib c.3. n.175. per.l. inter publica 17.§.1.ff de V.S. & l.3.§. ult. l.4. l.5.§. ſed & ſi ſalinas 1.ff. de reb.*

de reb. eor. qui sub tutel. l. 4. §. salinæ. ff. de censibus ubi dicitur: salinas proprietatis jure illorum esse, quorum in prædiis reperiuntur, per consequens itaq; fructus quoq; & emolumentum illarum ad proprietarium pertinere debet, ita tamen ut hic certam reditum portionem, quam vectigal salinarum appellat Ict. in *d. l. inter publica §. 1. ff. de V. S.* Fisco exsolvat. Sed hisce non obstantibus, existimo salinarum reditum hic accipiendum esse de omni commodo quod ex salinis provenire possit & ipsas salinas etiam in privatorum prædiis repertas, ad Imperatoris Fiscum pertinere; Ac ut ita sentiam movet me primo, quod salinæ eodem censeantur jure quo auri & argenti fodinæ in *l. 1. in pr. vers. paucis admodum ibi: aurifodinarum argentifodinarum & salinarum ff. Quod cujuscunq; universit. nomin.* jam vero abolitum esse jus illud antiqvum, quo fodinas in privatorum patrimonio fuisse legimus, supra *th. 47.* demonstravi, E. & obliteratum existimo jus illud antiqvum quoad salinas. Deinde probat hanc meam sententiam *aur. bull. Carol. IV. tit. 9.* von Goldt Silber vnd ander Ertz wegen/ ibi: auch Saltzes das funden ist vnd noch funden wird ubi ex singulari Imperatoris privilegio salinarum possessio, cum omni jure, nullo prorsus excepto Electoribus in terris & Electoratibus eorum conceditur, quod sane frustra fieret, si Electores jam ante, & quidem ex dispositione juris civilis, salinas ejusmodi proprio jure possedissent, quod enim jam proprium alicujus est, id amplius ejus fieri non potest §. *sed si rem 10. Inst. de Legat.* §. *sic itaq; discretis Inst. de Actionib.* Tertio accedere potest, quod Imperator Fridericus ipsos salinarum reditus, & non partem aliquam, puta vectigal vel decimam, Regalibus adponat *in c. h. unic. Quæ sint Regal.*

Bona committentium crimen Majestatis.

49. Committitur crimen Majestatis, quando subditus aliquis, supremum suum magistratum, vel summam & universam Rempub. cui subest, dolose offendit, ut si aliquis civis Romanus adversus Imperatorem, vel Rempub. Romanam malitiose aliquid moliatur, per tex. in *clement. d sentent. & re judicat. c. pastoralis vers. rursus non est silentio l. 1. §. 1. ff. ad. L. Jul. Majestat. l. quisquis §. C. eod.* & duplici fit modo: 1. si quis hostili animo adversus Imperatorem ejusq; consiliarios vel Imperij statum quid machinari conatur *d. l. fin. ff. ad L. Jul. Majest. l. quis-*

quis

quùs. C. eod. l. de minore 10. §. 1 ff. de quæstionib. aur. bull. Carol. IV. tit. 24. quod in specie crimen perduellionis appellatur d. l. fin. ff. ad L. Jul. Majest. 2. Si alio quam hostili animo Majestas Imperatoris vel Reipubl. status læditur d. l. fin. ibi: cæterum si quis ex alia causa ff. ad L. Jul. Majest. & ea quis sumat sibi, quæ solius Imperatoriæ Majestatis sunt; veluti si injussu Imperatoris, adversus aliquem exercitum, belli gerendi causa, comparet l. 3. vers. eadem lege ff. ad L. Jul. Majest. vel jus cudendi monetam sine speciali concessione usurpet l. 1. & 2. C. de falsa moneta vel statuas aut imagines Imperatoris jam consecratas corrumpat, aliudve quid simile admittat, l. qui statuas 6. ff. ad L. Jul. majestat. quod generis nomen retinet & simpliciter crimen læsæ Majestatis dicitur Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 1. lit. F. Azo in sum. C. ad L. Jul. Majestat. n. 2. vers. sed & alias. & n. 3. Cujac. in parat. ff. d. t. in fin. Baptist. Bajard. in not. ad Jul. clar. pract. crimin. in §. læsæ Majestatis n. 1. ibi: secundum caput.

50. Respectu pœnæ hujus criminis verissimum est quod Ict. dicit in l. fin. ff. ad L. Jul. majest. non quisquis legis Juliæ majestatis Reus est, in eadem conditione est; Primò itaq; Perduellionis pœna, de jure Justiniani & Carol IV. Impp. ultimum est supplicium, & hujus criminis rei gladio feriuntur l. quisquis §. in pr. C. ad L. Jul. Majest. aur. bull. Carol. IV. tit. 24. ibi: vnd der also an der Majestat schuldig erfunden/ mit dem Schwerdt hinzurichten. Constitutione vero criminali Carol. V. artic. 224. & de communi consvetudine, solent hujus criminis rei vivi in frustra scindi, & appendi in locis eminentioribus civitatum seu castrorum in quibus deliquerunt, attestente Jul. Clar. in §. læsæ majestatis n. 8. imo nostris moribus solent quoq; ignitis forcipibus lacerari & postmodum in quatuor partes discindi ac suspendi Schultz. Synopf. instit. Impr tit. de pub. judic. lit. D. vers. nostris moribus. Et præter hanc corporis pœnam, alia quoq; perduellionis Reo imponitur, confiscatio scilicet bonorum d. l. fin. ibi: hereditas fisco vindicatur ff. ad L. Jul. Majest. d. l. quisquis §. in pr. ibi. bona ejus omnibus fisco nostro addicta C. eod. auth. bona damnatorum in fin. C. de bon proscript. seu damnator. Novell. 134. c. ult. in fin. aur. bull. Carol. IV. tit. 24. ibi: auch alle seine Güter dem Fisco zuertheilet/ vnd verfallen seyn etiamsi liberos aut parentes superstites habeant d. l. quisquis §. C. ad L. Jul. Majest. juncta Novell. 134. c. ult. & Auth. bona damatorum. C. de bon. proscript. seu damnat. Jul. Clar. d. §. n. 9. quo respectu bona committentium crimen læsæ majestatis

inter

inter Regalia recte retulit Fridericus Imp. in *c. h. unic. Quæ sint Regal. Bocer. tr. de Regalib. c. 3 n. 61. vers. & quia Fisco.*

51. Deinde pœna læsæ majestatis criminis ita specialiter dicti, capitalis quoq; est de jure nostro civili *l. 3. in pr. ibi: capite puniri ff. ad L. Jul. majest.* licet nonnullis in casibus pœna tantum deportationis vel relegationis infligatur *l. 24. & l. 40. ff. de pœnis.* An autem & confiscatio bonorum locũ habeat in simplici hoc crimine læsæ majestatis, non usq; adeo est expeditum? *Bocer. d. tr. de Regalib. c. 3. n. 99.* distinctione rem explicare conatur, & ait: aut criminis hujus reus, liberos & parentes legitimos superstites habet, aut non, & priori casu bona iis adjudicat, posteriori vero Fisco, per *l. quando quis 10. C. de bon. proscript. & damnat. l. eorum 9 ff. ad L. Jul. majest.* & proinde hoc modo bona committentium crimen maiestatis Regalibus quoq; adnumerat. Verum quicquid sit, vix puto usu adhuc hodie obtinere, ut bona hoc in casu Fisci quoq; sint, & dicantur, quando reus parentes & liberos legitimos superstites non habeat, nisi nova quædam lex in uno vel altero casu omnium bonorum, vel certæ alicujus rei confiscationem admittit, ut facit *Constitut. criminal Carol. V. art. 111. ibi:* die jhre Häuser dazu wissentlich leihen/ dieselbe Häuser sollen sie damit verwircket haben confer etiam quæ dixi suqra *th. 34.*

Dimidium thesauri in loco Cæsaris vel religioso inventi

52, Thesaurus vetus est quædam depositio pecuniæ, cujus non extat memoria ut jam Dominum non habeat & sic fit ejus, qui invenerit quod nõ sit alterius, *uti ait Ict. in l. nunquam 31. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* vel pecunia dicitur, ab ignotis Dominis vetustiori tempore abscondita *arg. l. unic. C. de Thesaur. lib. 10. Schneidvv. ad §. thesauros n. 3. Inst. de rer. divis.* unde si quis lucri, metus vel custodiæ causa pecuniam absconderit, proprie non est thesaurus *d. l. nunquam 31. §. 1. in fin ff. de acquir. rer. dom.* & si quis domũ vendat, ac emptor pecuniam in muro reperiat, quæ ab ipso venditore vel ejus parentibus forsan jam diu ibi recondita est, non pertinet ea pecunia ad emptorem, sed venditori restituenda venit juxta, *l. à tutore 67. ff. de rei vendicat. Alvarott. ad d. c. unic. quæ sint Regal. n. 8. ibi: quid autem si vendic. mihi domum* quamvis abusive tamen, & improprie thesaurus aliquando appelletur ut *in l. thesaurus 15 ff. ad exhibend.* Per pecuniam autem hoc in loco non nummos tantum, sed & alias opes abditas intelligimus *arg. d. l. unic. C. de Thesaur.* uti alias etiam pecuniæ nomine & quævis alia corpora continentur *l. pecuniæ verbum 178. in pr. & l. pecuniæ nomine 222. ff. de V. S.* Dicitur deniq; Thesaurus in jure nostro, donum fortunæ *l. si is qui 63. §. 1.*

ff de acquir. rer. dom. imo beneficium Dei, ut in *l. unic. ibi: ne ulterius Dei beneficium invidiosa calumnia persequatur C. de Thesaur.*

53. Quod autem dixi ex *d. l. nunquam 31. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* thesaurum inventoris fieri, hoc simpliciter & indistinctè verum non est; primo enim sciendum, quod is, qui incantationibus thesaurum invenit & arte quadam magica, nunquam illum suum faciat, sed quod fisco hoc in casu ille applicetur. *d. l. unic. & ibid. gloss. in verb. alia qualibet arte C. de Thesaur. Schneidw. ad d. §. thesaurus n. 5. Inst. de rer. divis.* Deinde communiter distingvitur: aut quis in suo proprio loco & fundo thesaurum invenit, & verum est quod dixi thesaurum ex asse inventoris fieri sive, fortuito, sive etiam data opera sit inventus *§. thesauros Inst. de Rer divis. d. l. unic. C. de Thesaur.* aut in alieno, & vel privati alicujus hominis fundo, vel in loco publico, vel religioso etiam quis invenit thesaurum, & tunc, si fortuito & non data opera reperiatur, dimidia pars inventoris erit, altera verò pars Fisci vel domini istius, in cujus loco est repertus, sin vero studio & data opera, ex asse ad Dominum prædij pertinebit, juxta *d. l. unic. C. de thesaur. §. thesaur. Inst. de rer. divis. l. 3. §. pen. ff. de jure Fisci Schneidw. ad d. §. thesauros n. 6. 7. 8. & 9. Inst. de rer. divis. Bocer d. tr. de Regalib. c. 3. n. 177. vers. cujus autem inventus thesaurus sit &c.*

54. Et licet inter Fisci Regalia referatur dimidium thesauri, in loco publico vel religioso non datâ operâ inventi *c. h. unic. Quæ sint Regal. in fin.* quo etiam convenit constitutio Divorum fratrum de qua, *in d. l. 3. §. pen. ff. de jure Fisci* tamen hodie vix obtinere autumo in thesauris religioso in loco inventis, cum enim sacra & religiosa loca in dominio Ecclesiæ sint *c. Ecclesia 10. de Constitutionib.* & dimidia pars thesauri inventi ad Dominum loci pertineat, uti jam supra dixi, consequens quoq; erit, ut eâdem ratione, tantundem sibi vindicat Ecclesia, & Fiscum hoc in casu excludat *Peregrin. de jur. fisc. c. 4. tit. 2. n. 7.* maxime cum deterioris conditionis non esse debeat quam privatus, sed potius melioris, uti patet ex *Constit. Frider. de statut & consvet. contr. libert. Eccles. edit. Alvarott ad d. c. unic. Quæ sint Regal. n. 8. vers. postremo. Schneidw. ad d. §. thesauros n. 9. Inst. de rer. divis. Schultz synops Instit. Imper d. tit. de rer. divis. sub. lit. Z.*

ADDITIO.

OCcasione incestarum nuptiarum de quibus supra *in th. 27. & seqq.* actum est, attingere ibidem volui quæstionem de nuptiis comprivignorum, an scilicet mariti filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito, vel

to, vel contra, matrimonium recte contrahere possint? quod affirmandum duxi propter rationes *in th.30* adductas, & addidi insuper versionem illam novissimam *Levit.18.v.11.* quæ huic sententiæ è diametro obstare videtur, suspectam mihi esse, exinde quod contradicat illa rectæ & naturali rationi. Verum interea temporis & cum hæc jam sub manibus typographi essent, in lucem prodiisse video, tractatum, quendam contra matrimonium comprivignorum scriptum, cujus summa ex mente authoris hæc est: *Nemo in uxorem ducere debet filiam novercæ suæ, quæ ex patre suo edit fœtum, fundamentum duplex est: 1. Voluntas absoluti legislatoris: Deus prohibet tale conjugium Levit.18.vers.11. 2. Ratio ex natura desumpta, & est talis: Nemo carnem immediatam carnis suæ immediatæ ducere potest.* De hoc itaq; posteriori fundamento, quod infringere videtur *thesin meam 30. & 31.* aliisq; nonnullis, quæ passim *in d.tr.* occurrunt, & ego ex percursor a saltem lectione observavi, agere, equidem hoc in loco paucis, eaq; veritatis eruendæ gratia præsenti huic disputationi adjicerem, maxime cum & spatij aliquid supereresse videam, nisi & typographi festinatio me avocaret, & inusitatus ille, non dicam obscurus loquendi modus, quo usus est author *in d.suo tr.* ferè deterreret; tentabo tamen nihilominus & unũ atq; alterum extremis tantũ labris, ut dici solet, attingã. Primo autem assero, authorem *d. tr.* nõ satis sibi constare, quomodo inter plures sit immediata caro? quomodo itidem mediata? idq; probo exinde, quod passim *in d. tr. ait:* novum partum ex patre meo & noverca mea editum, carnem meam esse immediatam, cum tamen verius sit, & etiam ex ipso tr. probari possit, partum istum carnem meam esse mediatam. Sic enim describitur mediata caro *in c.3 part 2.* **quando scilicet una caro est in duobus vel pluribus mediante alio;** Atque jam in me & novo partu est una caro, mediante scilicet alio; non enim pater meus solus ex sese procreavit partum hunc, neq; etiam durante priori matrimonio, in quo vivebat cum matre mea, sed accedentibus demum novis & secundis nuptiis, scilicet novercæ meæ, sequitur ergo quod novus ille partꝰ, caro mea mediata sit ut & reliqui omnes, qui ex hoc matrimonio nascuntur. Accedit quod partus hoc in casu non poterit melioris esse conditionis quam mater ejus, jam vero mater, quæ noverca mea fit, propter nuptias cum parente meo celebratas, caro mea mediata dicitur, ab authore *in d.tr.part.2.c.6.* E. & partus. Deinde probo hanc meam assertionem: quia in quibus personis hoc in loco, ait esse carnem immediatam, in

iisdem,

iisdem, alio in loco, mediatam esse asserit, e.g. *in c.3 part.2.vers.immediatam in fin.* hæc habentur verba: *Eadem caro immediate accepta est, in filia filij mei, in filia filiæ meæ* quod tamen negatur *in c.13. d.part.2. vers.simplicitas* hic verbis: *Sic filia filij, vel filia filiæ meæ, est mihi consangvinea, per medium unum simplicitate absoluta.* II. Existimo regulam illam generalem *in l.8.d.part.2.* propositam, simpliciter ita acceptam falsissimam esse, fallit enim primo in filia amitæ meæ, nam si quæritur, an illam in uxorem ducere possim? respondebit author ex hac sua regula & dicet quod non: *Quam cunq; enim personam ut consangvineam ducere mihi non licet, ejus quoq; personæ immediate carnem ducere prohibeor, Atqui amitam meam ut consangvinem ducere non possum Levit.18. v.12.* his verbis: Du solt deines Vaters Schwester Scham nicht blossen etc. *E. neq; filiam ejus.* Conclusio autem hæc, non tantum de jure Civili falsa est, sed etiam de jure divino; Sequitur itaq; vel minorem esse rejiciendam vel majorem; atqui non minor, quia est ipsius Jehovæ *in d. c.18.Levit.vers.12.* E. infallibiliter major, quæ est authoris *in d.c.8.part.2.* Deinde fallit generalis illa regula, in sorore uxoris fratris mei, nam & illam in uxorem ducere possum licet fratris mei uxorem nequeam. Et nihil ad rem faciunt, quæ author ad hæc respondere videtur *in c. fin. part. 2.* uti in discursu, si occasio dabit, pluribus cum bono Deo demonstrabitur. *III.* Omni ratione & veritate destitui assertum illud, *in pr.c.4.d.part.3. quod mediante scilicet novo partu mediata mihi cum comprivigna mea intercedat caro atq; cognatio;* nam primo hoc mihi concedat velim, quod vinculum illud sangvinis, vel una caro, sit ex jure naturali *arg.l. jura sangvinis 8.ff.de Reg.* & quod jus sangvinis hinc esse non possit, nisi inter illos, qui naturaliter ex uno sangvine sint procreati, jam verò hoc fallit in me & comprivigna mea, ex aliis enim & diversis parentibus nati sumus. Neq; est, ut ad novum partum hic recurramus, nam ille nihil magis operabitur hoc in casu, quam si fratri meo uxor ejus pariat; licet enim ego tunc partum illum, carnem meæ carnis, recte vocare possim, quia ex fratre meo procreatus est, & similiter soror uxoris fratris mei dicere poterit: partum hunc carnem suæ carnis esse, qui ex sorore sua natus est, tamen exinde nulla major atq; firmior inter me & illam nascitur necessitudo, quam quæ jam semel per nuptias fratrum nostrorum est contracta. Sed vela contrahere hic cogor, cum pagina plura adjicere non permittat.

DISPUTATIO ULTIMA.

De

His quibus Regalia competunt, & de illorum acquisitione & amissione.

Respondente

CHRISTIANO Münden.

I.

VIsis hactenus tam Majestatis quam Fisci Regalibus, superest jam ut de personis quoq; agamus quibus Regalia competunt, & modos demiq; acquirendi ea & amittendi adjiciamus; offert autem hîc primo loco sese IMPERATOR, qui omnia Regalia, quotquot etiam sunt & dari possunt, proprio suo jure habet atq; exercet, *v. supr. disp. 1. th. 6. 7. & 11.* Dominus enim, caput & supremus advocatus dicitur Romano-Germanici Imperij & Ecclesiæ Christianæ *aur. bull. Carol. IV. tit. 2. §.* Ich N. Ertzbischoff zu Maintz/ ibi. wil erwehlen ein weltlich Haupt dem Christlichen Volck & in §. subseq. R. A. zu Speyer de Anno 1529. §. Vnd anfänglich belanget/ ibi. das jhr Käys. May. als der Oberst-Haupt vnd Vogdt der Christenheit/ & R. A. zu Augspurgk/ de An. 1530. §. nach dem aber vns qui tanquam stella matutina eminet inter omnes Reges *Bald. in §. fin. n. 24 de prohib. feud. alienat. per Frider.* & à quo omnes dignitates, tanquam à fonte profluere perhibentur *arg. l. sacrilegij 5. C. de divers. rescript. Gail. 1. observat. 30. n. 21.* qui omnes Reges & Principes, quotquot in universo terrarum orbe sunt, merito antestat *Bertr. de comit. Imper. Rom. Germ. concluss. 16.* & cui nec ipse Turcarum Imperator hanc eminentiam invidet, quando in hunc modum ad eum scribit: *in fide Jesu Nazareni inter cæteros Principes Christianorum summo, Bertr. d. concluss. 16.* qui ut præter Deum ter Opt. Max. superiorem non agnoscit, ita potestatem suam soli Deo acceptam refert, uti de Friderico I. canit *Günther. in Ligurin. lib. 6.*

——— *Nullum caput ista super se*
Aspicit, excepto cælorum Rege, potestas,

Et publico Imperij decreto sancitũ est, sub Ludovico Bavaro An. Chr. 1338. *Aventin. lib. 8. annal. Confer. passim Heig. part. 1. quæst. 19 n. 18. Bodin. lib. 1. de Repub. c. 8. n. 87. vers. cur igitur, dicet aliquis: Syring. dissert. de pac. relig. conclus. 15. lit. B. Arum discurs. 2. ad aur. bull. th. 12. Joach. Clut. Syll. rer. quotid. conclus. 9. Richard. Dieter. de summ. summ. Imp. potest. th. 80. Carpz. de Regalib. c. 4. n. 101. Norderm. de jure Principat. conclus. 5. lit. D. Coler. de jur. Imper. German. sect. 2. Petr. de Andl. lib. 1. de Imper. Roman. c. ultim. Henr. Bruning. de var. univers. specieb. conclus. 2 lit. B. Thom. Michael. de SS. Cæsar. Majest. Cam. ac stat. Jurisdict. conclus. 2 lit. B.*

2. Olim autem non tantum majora Regalia, quæ Majestatis quoq; appellavimus, Imperatoris propria fuerunt, & solus hic illa exercebat *arg. l. 1. in pr. ff. de Constitut. Princip.* verum etiam minora quæ & Fisci Regalia diximus; nam & hæc solus sibi vindicabat Imperator, uti colligitur ex *l. 1 C. de bon. vacant. l. 10. ff. ad municipal. Novell. 134. c. fin. ibi: sed neq; secundum veteres leges Fisco eas applicari &c. l. multarum 5. C. de mod. multar.* & adprobat hoc *Günth. d. lib. 8.* quando ita ait:

Hæc & si quæ pari fuerant obnoxia juri,
Prælati, Proceres, missiq; potentibus urbes,
Libera Romano reliquerunt omnia regno.

Ast hodie licet propria adhuc sint & dici possint Imperatoris, solus tamen non amplius possidet illa, nec semper si quæ possidet exercet solus. Nam primo Majestatis jura, seu majora Regalia quod attinet, nec omnia hæc solus ille, & sine Statuum, maxime Electorum consilio atq; consensu exercet; non enim legem universalem absq; Procerum consilio condit *v. disp. 1. th. 21.* non bellum pro rebus Imperij absq; omnium ordinum & præcipue septemvirorum consensu suscipit *d. disp. 1 th. 27.* non vectigalia nova erigit, nisi consensu demum & voluntate Electorum *disp. 2. th. 5.* nec possidet solus; quid enim est quod magis propium esse possit Majestati, quam jus recipiendi extremam provocationem, *attestante Arnisæo lib. 2. de jure Majestat. c 2. n. 3.* & tamen Principibus quoq; Electoribus privilegium hoc ab Imperatoribus concessum esse, docet *aur. bull. Carol. IV. c. 11.* imo ex singulari quodam Privilegio, & Archiducibus Austriæ jus provocandi nescium competere, demonstravi supra *disp. 1. th. 62. in fin.* Deinde minora quoq; Regalia hodie communicabilia esse, nec Imperatori soli, sed omnibus

Imperij

Imperij statibus competere, ex iis satis superq; patet, quæ supra & quidem *disputat. 4* passim dicta sunt.

3. Verum ex hisce & similibus non rectè statim asserit Bodinus Imperium nostrum Romano Germanicum puram esse Aristocratiam *lib. 2. de Repub. c. 6. n. 223. vers. & quoniam plerique Imperium Germanorum & n. 225. vers ex quib. perspicuum est.* nam & ipso Bodino teste, Aristocratia, Reipubl. forma est, in qua minor pars civium, in universos & singulos cives summæ potestatis jus habet, *d. lib. 2 c. 1. n. 175. & c. 6. in pr.* ita ut æqua ejus facta sit partitio, nec illorum unus plus habeat potestatis quam alter *Petr. Syring. dissert. de pac. relig. concluf. 14. in fin.* ferè in nostro autem Imperio solus Imperator veluti caput, potissimâ potestatem in universos & singulos cives exercet, majoremq; partem jurium Majestatis obtinet, quod præter quotidianam experientiam, veritatis Magistram, abunde satis probant *Paurmeist. de Jurisdict. Rom. Imper. lib. 2. c. 2. Arum. discurs. 1. de jur. public. Petr. Syring. d. dissert. de pac. relig. concluf. 14.* sequitur ergo illud nec esse, nec dici posse Aristocratiam. Neq; tamen hinc asserendum: statum nostri Imperij purum esse monarchicum, nam uti contrarium evincunt illa, quæ superius *in th. 2.* dicta sunt, ita nec admittunt hoc, conditiones Carolo V. & reliquis Imperatoribus præscriptæ, *v. Schleidan. lib. 1. in fin. ferè de stat religion.* Item Königk Carls des V. Verschreibung gegen des Heil. Römischen Reichs Churfürsten / zu Franckfurt auff der Wahl auffgericht *An. Dom. 1519. apud Goldast tom. 1. constit. Imper. part. 2. statim in pr. item Capitulationē in quam juravit Ferdinand. II. p. m. d. 28. August. An. 1619.* Sed dicendum autumo Statum nostri Imperij monarchicum esse, Aristocratiâ quodammodo temperatum; certissimum enim est, quod Proceres Imperij, non quidem ut singuli, sed ut universi in consortium Imperij quodammodo adsciti sint, & quod magna ex parte jura Majestatis ad illos pervenerint, ita tamen ut jus superioritatis sartum tectumq; semper sibi reservaverit Imperator, supremamq; potestatem in Proceres æque ac subditos inferiores exercuerit, unde etiam tam Electores, Duces & reliqui majorum gentium Dij, quam inferioris conditionis homines illum ut Dominum suum clementissimum jhren allergnädigsten Herrn / & caput totius Imperij venerantur & colunt. Quantò itaq; Dominus subditis suis, quantò caput reliquis corporis membris antecellit, tanto etiam plus potestatis, dignitatis &

Majestatis in Imperatore esse, nemo facile inficias ibit. *Heig. 1. quæst. 2. n. 18. 19. & seqq. v. Petr. Syring. d. dissert de pac. relig. conclus. 14. Clapmar. de arcan. rerump. lib. 5. c. 20. Joach. Cluten. Syll. rer. quotid. conclus. 16. lit. B. & E. Daniel. Otto. de jure public. c. 7. in pr. ferè Rumelin. ad aur. bull. dissert. 3. th. 18. Carpz. in Capitul. Cæsar. c. 1. n. 22. & c. 13. per tot. Anton. Coler. de jure Imper. Germanic. section. 30. 31. & seq.* & eò quoq; respexisse existimo Electorem Moguntinum cum in Electione Carol. V. *nobis inprimis Aristocratiam retinendam esse*, ait, *Schleid. de stat. relig. lib. 1. in fin. ferè.*

4. Et quis non videt, temperamentum illud Aristocraticum, veluti salutare quoddam antidotum, contra facilem nimiæ potentiæ abusum, optima ratione esse adinuentum; licet enim præsupponendum non facilè sit, Principem bonum, tot viris vitæ & fidei integritate spectatissimis stipatum, à pietate, æquitate, vel recta gubernandi ratione alienum aliquid esse admissurum, tamen res ipsa loquitur, quam verum sit illud quod *Otanes apud Herodot. lib. 3.* ait: neminem tantâ præditum esse sapientiâ, ut possit in summa omnium rerum licentia modum tenere, rectoq; tramite incedere, & quod *Seneca lib. 2. cap. 27.* scribit: miseram hanc esse humanæ infirmitatis conditionem, eò majora cupimus, quò majora venerunt, nec patitur mens humana quemquam in ea mensura honorum conquiescere, quæ quondam ejus fuit impudens votum. Accedit quod ab incunabulis ferè nihil aliud quam assentationes audiant Principes, aulici quippe, ut Pius Pontifex ad Ducem Ferrariæ scripsit, inter Laudum & Placentiam, non autem Veronam versus ambulare solent *Arum de jure publ. vol. 4. discurs. 1.* Vix itaq; & ne vix quidem puram ejusmodi ac simplicem monarchiam, quæ non temparamenti aristocratici aliquid habeat, apud Christianas præsertim gentes quis reperiet *Clapmar. de arcan. Rerumpubl. lib. 5. d. c. 20.* Sed omnes omnino Principes ex conventione quadam, ad minimum tacita, quæ ex æquo omnes mortales ligat, conditionibus certis constringuntur, nec ullus etiam, nisi per tyrannidem Imperium invaserit, sine certis conditionibus ad Imperium evehitur, *uti ex Anton Gethofr. in disput. ant. Vult. de potest. Imper. loquitur. Henr. Zolner. de Reg. Romanor. election. conclus. 19. lit. B. Coler. de Jure Imper. German. section. 32. Norderman. de jure Principat. Conclus. n.* Hinc origo legum fundamentalium seu capitulationum, ut vocantur, quibus Imperij di-

perij dignitas, Status Reipub. atq; ipsius etiam salus contineri dicitur, *Richard. Dieter. de summ. sum. Imper. potestat. conclus. 41.* ut non mirandum adeo, & hasce inter Barbaros quoq; inoleviſſe; fertur enim Indos Mexicanos Regibus suis Electis leges ponere *Acosta lib. 6. cap. 24. histor. Indic.* & Tartarorum Reges legibus ejusmodi fundamentalibus esse subjectos, *uti ex Bronion. de rebus tartar. p. 7. refert Arum vol 4. de jure publ. discurs. 1. in fin.*

5. Hanc itaq; & nostri Romano Germanici Imperij formam videmus, quâ non omnia Imperatori fas est per se expedire, sed pleraq; & graviora ex consilio demum Procerum, Novimus enim hodie non tantum Principes Electores, ut Imperij columnas & latera, Cæsareæ sublimitati assistere, inq; partem solicitudinis imperialis vocari, sed & reliquorum Principum, majorumq; ordinum Comitiis reservari ea, quæ majoris videntur esse momenti, & ipsam Imperij potestatem legibus & pactis publicis sive capitulatione certa definiri *Heig. lib. 1. quæstion. 2. n. 17.* quod innuere quoq; voluit Autor des wolgemeynten/ discurs warumb die Catholischen in Deuschlandt sich von den Jesuiten vnd Spaniern absondern sollen pag. 174. ibi: Darumb muß man ja so gar hart nicht auff eine absolutam potestatem, vnd als wann Käyserl. Mayt. alles ohn einig zuthun der Churfürsten vnd anderer Stände allein zu verordnen bemächtiget / gehen vnd dringen. Quo tempore autem Monarchia simplex in Imperio nostro hoc modo temperari cœperit, non exacte constat, puto tamen sensim & tractu temporis factum hoc esse, donec tandem ex cursu multorū annorum Proceres & principes Imperij in isto jure magis sese confirmarunt, *Joach. Cluten. Syll. rer quotid. concluſ. 16. lit. C.* Et ætate Friderici I. jam in consilium adhibitos fuisse Principes, constat ex constitutione sua *de incendiariis & pacis violatoribus* ubi in fin. hæc leguntur verba; *Actum Nürembere. in præsentia Principum, consilio & consensu eorundem Anno incarnationis* M. C. LXXXVII. *3. Kal. Jan.*

6. Secundus ab Imperatore in Imperio nostro est Rex Romanorum, qui Imperatore adhuc inter mortales versante, ab Electoribus creatur, ut illo absente vel impedito, etiam Imperij administrationem suscipiat, & tandem mortuo illo, ipse Imperator existat, qualis in Gallia Delphinus, in Hispania Infans, in Anglia olim Dux Normanniæ, hodie Princeps Walliæ salutatur uti volunt *Wesenb. in proam Instit. ad*

verb. Cæsar. lit. B. Thom. Michael. de SS. Cæsar. majest. Camer. ac stat. Jurisd. concl. 1. lit. B. Bernh. Zieritz in not. ad proem. constit. crim. Caral. V. in verb. Romanorum Imperator. Et talis olim in Imperio nostro Cæsar dictus est Dauth. de testament. sub. rubr. qui testam facer. poss. n. 251. paulo enim ante Diocletiani & Maximiani tempora, Cæsaris appellatio secundariæ potestatis nomen esse cœpit, & Cæsares dicti sunt, qui ab Augustis & Imperatoribus Imperio cooptabantur, ut quasi illorum filij atq; designati hæredes & successores essent. uti ex Spartian. in Vero, Aventin. in annalib. Bajor. lib. 2. in vita Heliogobali ad fin. Cuspin. in Marc. Anton. n. 49. Crantz in metrop. lib. 2. c. 10. in fin. & lib. 4. c. 1. & aliis, probat Johan. Dauth. d. n. 255. & ita accipitur vox Cæsaris in l. 6. § fin. ff. de jure Fisci l. & si excepta 7. C. de malefic. & mathemat. Gothofr. in not. ibid. Utrum vero Rex ille Romanorum Regalia, potestatemq; Imperatori competentem habeat jisq; absente Imperatore, proprio jure & sine speciali mandato uti possit, non satis est expeditum? Dicendum hoc forsan est exinde, quod Rex Romanorum una censeatur persona cum Imperatore, Henr Zolner de Reg. Roman. election. Conclus. 21. lit. D. vices perpetuas Imperatoris gerat Carpz. d. conclus 105. idem cum Imperatore tribunal & auditorium habeat Matth. Steph. tr. de Jurisd. Imp. Rom. lib. 2. p. 1. c. 2. n. 54. nihil omnino differat ab Imperatore, nisi ambitu minoris circuli, ut scapha a navi Matth. Steph. d. c. 2. n. 56. & si quæ sunt alia, quæ hunc in modum à Dd. afferuntur. E contra verò nec rationes deesse videntur sententiæ, qua statuitur: Regem Romanorum eventualiter sic electum, suo nomine nullum in Imperio potestatem habere, eiq; nec Majestatis jura competere; primo quod Protestantes Anno Christi 1532. Schwinfurti cum Imperatore hoc modo convenisse legamus apud Schleidan. de stat. relig. lib. 8. ut sc. Rex Romanorum quoties vivo Cæsare imposterum creetur, non suo, sed Cæsaris tantum tum nomine Rempub. administret, nec ullam potestatem aut imperium sibi arroget; Deinde quod toto tempore, quo Carolus. V. imperium tenuit, Ferdinandus Rex Romanorum in administratione Reip. nihil proprio jure habuerit, & ne quidem absente Imperatore, uti illud Probare conantur nonnulli, ex literis Carol. V. d. 27. August. Anno 1556. ad Johan. Osnabrug. Camer. Imper. Præsidem atq; Assessores scriptis, ibi: Ne itaq; in nostra absentia aut imbecillitate quid detrimenti (quod Deus avertere dignetur) Imperio accidat, è re cumprimis esse duximus,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731649680/phys_0158
DFG

mus, huic aliisq; periculis pro virili maturo consilio occurrere atq; providere, quo sacrum Imperium, ejusq; gravissima negotia & causæ, etiam in absentia nostra recte administrentur, deliberentur, tractentur & expediantur, ideo ex fraterna atq; benevola fiducia, quam de nostro dilecto fratre Ferdinando Romanorum Rege habemus, in nostra absentia liberam, plenam, nullisq; limitibus atq; conditionibus circumscriptam administrationem & gubernationem Sacri Imperij in generalibus atq; specialibus causis ac omnibus quæ Romanorum Imperatori atq; Regi ratione officij, conditionis, dignitatis & amplitudinis de jure, consvetudine & æquitate competunt tradidimus atq; commisimus v. Goldast. tom. 1. Constit. Imper. part. 2. pag. mihi 200. & ex edicto ejusdem Carol. V. ad ordines Imperij universos relato ibidem apud Goldast. d. tom. 1. Constit. Imper: part. 2. pag. mihi 201. ibi: Volumus & constituimus ut tanquam Rex Romanorum per se absolute, citra nostram tractationem, habeat potestatem faciendi, tractandi & mandandi quacunq; ad dignitatem, commodum & augmentum sacri Imperij necessaria & oportuna videbuntur in modum, quo nos ut Imperator & Rex Romanorum faceremus. Tandem quod Rudolphus, vivente adhuc Maximiliano II. in Regem Romanum electus promittere voluerit: Wir sollen vnd wollen vns auch keiner Regierung noch administration in H. Römischen Reiche weiter oder anders vnterwinden/dann so viele vns dessen von Käyserl. May. vergönnet vnd zugelassen wird / daß wir auch ihrer Käys. May. die Zeit ihres Lebens an ihre Hoheit vnd Würden des Käyserthums kein Irrung noch Eintrag thun sollen vnd wollen/ uti habet Paurme. st. de Jurid. Rom. Imp. lib. 2. c 5. n. 12.

7. Verum quicquid sit, ego sane existimo, Regem Romanorum absente vel impedito Imperatore vi officij & potestatis suæ posse regulariter omnia facere, quæ ipse Imperator plerumq; facere solet; quod probat non modo vulgata illa & satis frequens in Recessibus Imperij locutio: wir oder im Abwesen Römischer König / sed etiam ipsius electio hoc svadet, electus namq; in Regem videtur, & hanc potissimum ob causam, ut impedito vel absente Imperatore ipse Imperio præsit, & Imperij administratio ac gubernatio immediate & absq; ulla contradictione ei competat, uti de Ferdinando loquitur Carol. V. in d. literis ad Johan. Osnabrug. Camer. Imper. Præs. & reliquos Assessores scriptis, apud Goldast. tom. 1. Constit. Imper. part. 2. fol. 200. Fallit: amen si

quid

quid expresse inveniatur prohibitum *Andr. de Isern. ad c. imperialem n. 13. de prohibit feud. alienat. per Frider.* vel ipse Imperator alias non sine difficultate facere solitus sit *Henr. Zolner de Reg. Rom. elect. concluſ. 21. lit. F. in pr.* vel vergat in præjudicium ipsius Imperatoris, ut & tunc quando Imperator ipse præsens est & non impeditus nam in his casibus absq; expresso mandato Regem Romanorum parum aut nihil posse verissimum est. Unde Ferdinandus I. Rex Romanorum, cum de liberatione Philippi Landgravij, qui captivus erat Imperatoris Caroli V. agebatur, absq; speciali Cæsaris concessione nihil inchoare aut peragere voluit, uti constat ex *transactione Passavienſi de Anno 1552. in pr. ibi:* die Röm. Käyſ. May. vnſern lieben Brudern vnd Herrn brüderlich/freundlich vnd bittlich ersucht/ vns bemeldtes Landgrafen Erledigung vnd anderer anhengigen Sachen halben/ so zu Krieg vnnd Empörung Vrsach geben möchten/gütlicher Handlung zu gönnen/ vnd zu gestatten / solches auch von jhrer Liebden vnd Käyserl Mayt. Brüderlich erlangt. Hinc quoq; de bonis Imperij patrimonialibus, ad mensam Cæsaris jam deputatis, sine expressa Imperatoris permissione pro arbitrio & lubitu suo alienando disponere non posse Regem Romanorum asserit & probat *Henr. Zolner. d. concluſ. 21. lit. C. allegans ad hoc Symph. obſervat. Cameral. tom. 1. part. 3. n. 8.*

8. Nec de necessitate esse arbitror ut Imperatoris nomine potestatem exerceat Rex Romanorum, potest enim & suo quoq; nomine id facere, uti, evincit *d. transact. Paſſav. de An. 1552.* quam suo nomine edidit & promulgavit Ferdinandus tunc temporis Rex Romanus: ibi: Wir Ferdinandt von GOttes Gnaden Römischer König bekennen etc. & apertius demonstratur ex *Receſſ. Imper. de Anno 1555. in f.* Wir befehlen vnd gebieten Euch hiemit vnnd in Krafft dieses vnsers Reichs Abschiedes den Käyserlichen CammerRichter vnd Beysitzer/ daß sie sich diesen FriedenStandt gemeß halten vnnd erzeigen/ auch den anruffenden Partheyen darauff vngeacht / welcher der obgemelten Religion die seyn / gebührliche vnnd nothdürfftigliche Hülff des Rechtens mittheilen / vnd wieder solches alles kein proces noch mandat decerniren oder auch sonst in einigen andern Weg thun noch handeln sollen/ quæ omnia suo nomine rescribit idem Ferdinandus I. uti ex inscriptione ejusdem Receſſus satis superq; colligitur. Item adprobat hoc Ordinat. Camer. de An. 1555. Auguſt. Vindelic. renovatæ

pars

pars prima, in pr. ferè his verbis: Wir Ferdinand von GOttes Gnaden: Römischer König ꝛc. setzen ordnen vnd wollen in Krafft berührter der Käyserl. May. Heimstellung/ auch für vns selbst als Römischer König gebietende.

9. Et licet in dubium olim vocatum sit, an etiam vivente adhuc Imperatore Rex Romanorum eligi possit, uti constat ex *Schleid. lib. 7. de stat relig.* tamen verior fuit affirmativa, 1. propter text. in *aur. Bull. tit. 1. in pr. ibi:* Wie offt vnd wennes zu künfftigen Zeiten noth seyn wird zu erwehlen einen Römischen König zum Käyser zu machen/ quæ verba generalia sunt, nec ad mortis tantum aut depositionis casum restringi facile possunt. 2. quia Carolus IV. aureæ bullæ author & optimus Interpres suo exemplo docuit, posse etiam vivo Imperatore alium Regem Romanorum eligi, dum ipse salvus & incolumis Wenceslaum filium suum Regem Romanum creari nimis sollicitè curaverit, ut præter alios attestatur *Cuspinian. in vita Wenceslai IV.* Quod & hodie eo minus dubitationis habere debet, cum An. 1611. d. 18. Jun. in Comitiis Francofurtensibus, publico decreto sancitum sit: ut, quoties imposterum vel Imperatori, vel Reipub. expedire videbitur, etiam superstite Imperatore, cum ejusdem assensu, vel si ex causis non sufficientibus recuset, etiam invito Cæsare integrum sit Electoribus, Regem Romanorum & futurum Imperij successorem creare ac designare. his verbis: Wir/ deßgleichen vnsere Kinder Erben vnd Nachkommen sollen vnd wollen die gemeldten Churfürsten jhre Nachkommen vnd Erben zu jeglicher Zeit/ bey jhrer freyen Wahl eines Römischen Königs schützen/ dieselbe so offt sie einen Käyser zu behülff oder sonst dem H. Römischen Reich nothwendig vnd nützlich befinden auch bey Lebzeiten eines Römischen Käysers/ mit/ oder wann dieselbe auff angelegte Bitte der Churfürsten ohne gnugsame erhebliche Vrsache/ geweigert werden solte/ ohne einiges regierenden Käysers Consens fürzunehmen. *ut refert Paurmeist. de Jurisd. Rom. Imp. lib. 2. c. 5. n. 16. Confer. quoq; Capitulat. Ferdinaud. II. artic.* vnnd insonderheit sollen vnd wollen 34 ibi: sondern wir / dergleichen vnsere Kinder ꝛc. *ubi eadem videbis verba.* Et hanc sententiam intrepide hodie Dd. defendunt ferè omnes *Heig. 1. quæst. 6. n. 20. & seqq. Dan. Otto, de jure publ. c. 15. Buxtorff. in dissert. ad aur. bull. conclus. 12. lit. D. Goldast. in not. ad aur. bull. c. 1. ibi: quandocunq; futuris temporibus necessitas &c. Rumelin. in not. ad aur. bull.*

differt. 2. concluſ. 9. Anton. Coler. de jur. Imper. Germ. concluſ. 8. Henr. Bruning. de var. univerſ. ſpecieb. concluſ. 11.

10. Quid ſi ſedem Imperij tandem vacare contigerit, anne poteſtas Imperatoris ipſo jure tunc tranſit in Regem Romanũ vivo Imperatore ita electum? Et puto non tantum poteſtatem, ſed & titulum Imperatoris hoc in caſu rectà viâ ſine ullo novo inaugurationis, aut alio quodam actu ad Regem Romanum tranſire; ſic enim ſcribit Carol. V. de Ferdinando Rege Romanorum, *quod ſc. ordinaria Electorum Imperij electione proximus ſucceſſor in Imperio ſit conſtitutus, & quod illi, deficiente Imperatore, adminiſtratio & gubernatio Imperij* immediate *& abſq; ulla contradictione competat. in liter. ad Joh. Oſnabr. Cam. Imper. Præſ. & Aſſeſſ. apud Goldaſt. tom. 1. Conſtit. Imper. part. 2. pag. 200.* idem innuere videtur ipſe Ferdinand. *in Receſſ. Imp. de An. 1559. in pr. ibi.* Vns als hievor erwehltem/ beſtätigtem vnd gekröntem Römiſchen König/ auch jhrer Liebd vnd Käyſerl. May. im Fall der Erledigung des Käyſerthums vnzweiffenlichen rechtem ſucceſſori vnnd erwehlten Römiſchen Käyſer ꝛc. Maximilianus II. *in Receſſ. Imper. de An. 1566. in pr. ibi:* daß wir gleich alsbald nach zeitlichen Abgang gedachtes vnſers geliebten Herrn vnd Vaters hochlöblicher Gedächtnis/ als wir vns der Adminiſtration vnd Regierung des erledigten Römiſchen Käyſerthums vnterfangen ꝛc. & refert Paurmeiſt. *de jurisd. Rom. Imp. lib. 2. c. 5. n. 3.* in Comitiis Ratisbonenſibus Anno 1576. ipſo momento temporis, quo conſtare primum cœpit de morte Maximiliani Imperatoris, mutatam eſſe inſcriptionem ædium, in quas Rudolphus Rex Romanorum tunc temporis diverterat, & pro verbis der Röm. Königl. Mayt. ſubjunctum fuiſſe titulum hunc: der Röm Käyſerl Mayſt. Quartier.

11. Diſceptari quoq; ſolet, utrum in Regem Romanum eligi poſſit Peregrinus, qui Germaniam patriam laudare nequit? & communiter obtinuit, Sacri Imperij axioma penes ſolos Germanos eluceſcere debere, nec poſſe Imperij decus ad extraneum deferri; ut hanc ſententiam non modo veram, ſed & pro conſervatione Imperij maxime neceſſariam eſſe, ait *petr de Andlo de Imper. Rom. lib. 2. c. 3.* Fundamentum namq; regiminis non infimum eſt: Rempublicam bene noſſe, ſuorumq; civium lingvam & mores cognitos habere, ut hoc nomine Pro-

bum

bum Imperatorē laudasse fertur *Flavius Vopiscus* quod mores omniū, quibus imperaturus erat, ex acte perdidicerat, & pertinet huc textus *Deut. c. 17. v. 15.* ubi summus ille legislator Jehovah ait: non poteris alterius gentis hominem, Regem facere, qui non sit frater tuus, probat etiam mos aliorum Regnorum, quæ extraneos, ne quidem in minoribus regni officiis, ne dicam in summa Imperij sui dignitate ferunt *Heig. 1. quæst. 5. n. 21.* sed plerumq; legibus cautum habent, ne ad munia publica extranei admittantur *Innocent. Gentil. Comment. de regn. part. 1. theor. 3.* Hinc vetusta quoq; Germanorum lege receptum esse, aliū quam Germanum in Regem Romanorum eligi non posse, asserunt Dd. passim *Arum Discurs. 2. ad aur. bull. th. 3. Andr. Knich. de Sax. non provoc. jur. verb. Electorum. c. 1. n. 23. Anton. Coler. de jur. imper. german. Section. 35. Heig. 1. quæst. 5. per tot. Besold. lib. 1. polit. c. 5. §. 6. n. 34. Richard. Dietr. de sum. sum. Imper. potest. conclus. 192. Rumelin. ad aur. bull. dissert. 4. in coroll. Cluten. Syll. rer. quotid. conclus. 23. in fin.* Lege cautū est dicebat Moguntinus in electione Carol. V. *apud Schleid. lib. 1. de stat. relig.* ut extraneus nunquam rerum summa in Imperio nostro potiatur, ne decus Imperij sensim ad exteros transferatur prout Elector Trevirensis in d. electione Carol. V. hanc rationem addit apud *Schleidan. d. l.* Legem vero, hanc in rem ab Ottone III. ut quidam volunt, sancitam, nullibi extare, si quis regeret, ille sciat primo: Imperium tempore Caroli Magni in Germanos ita translatum fuisse, ut in ea gente, axioma ejus deinceps perpetuo esset, *c. venerabilem 34. Extr. de Election. & elect. potest. Heig d. quæst. 5. n. 10. Henr. Zolner de Reg. Roman. elect. conclus. 16. in pr. Besold. d. n. 34. vers. sane si rem accuratius* unde etiam, cum post obitum Conradi Francorum Regis, Franci rursus dignitatem hanc ad se trahere ausi sint, virtute Ottonis I. & sequentium, Germanis eam assertam ac vindicatam, & paulatim Electionem novi Imperatoris ad ipsos Germaniæ Principes deventam esse asserit *Heig. d. quæst. 5. n. 11.* ut vel hinc solum verisimile satis sit, legem tandem vel singularem quandam constitutionem hac de re latam fuisse, quæ tamen ad privatorum manus non statim pervenit. Sufficiat itaq; nobis testimonium Electorum Moguntini & Trevinensis quibus ut Electoribus & Cancellario per Germaniam, leges & arcana Imperij procul omni dubio cognita satis & explorata fuere. Deinde: morem Imperij Germanici antiquissimum, secundum quem laudabiliter satis & constanter

Contenta.

Germani hactenus imperarunt, neq; extero cuidam ad hujus honoris apicem ascendere passi sunt, hoc in casu nobis instar expressæ alicuius legis esse posse *arg. §. sine scripto 9. Inst. de J.N.G. & C. l. 32. §. 1. l. diuturna 33. l. sed & ea 35. & l. 36. ff. de Legib.* Si deinde & hoc moveat aliquem, quod hujus rei ne verbo quidem mentio fiat in aurea bulla, cum tamen reliqua, ad electionem Imperatoris pertinentia, ibidem accurate annotata videamus, is noviſſe debet, quod tempore Caroli IV. qui author perhibetur aureæ bullæ, jus hoc apud Germanos altius radices egerit, quam ut paterentur, illud vicissim ex Germania ulla ratione evelli; præsupposito itaq; hoc, pro supervacaneo quoq; habuit Carol. IV. de persona in Imperatorem eligenda ibidem principaliter agere, & illud monere quod jam neminem amplius latere poterat, deq; ea re aliquid disponere, pro qua, si opus fuisset, jam magis ac pro aris ac focis pugnassent Proceres: Modum ergo potissimum seu formam eligendi præscribere voluit Electoribus, præsertim cum de hac ipsis non æquè constiterit, nec super ea inter sese convenerint semper, quod etiam innuere videtur *Goldast. in not. ad aur. bull. in pr.* quando ait: *Cum videret jam Carolus multa in conventu Imperij sive ordine geri, nec satis ad liquidum constitit, quo quisq; more res in cætu administraret, reformanda omnia curavit, sibiq; desumpsit, multa constituens, quæ usq; in hodiernum observantur, & aureo sigillo desuper literas decernens, appellari jussit Constitutionem Imperialem* **Aurcam Bullam.** Inepte vero & jejunè satis agere illos existimo, qui quærunt, anne ex aliena natione eligi tunc possit Rex Romanorum, cum in Germania idoneus non detur *arg. c. nullus. distinct. 61?* quibus cum Ict. respondendum existimo: talem eventum nec exspectandum facile nec sperandum, qui enim velipsi fontes sitire poterunt?

12. Quis autem Germanus sit & dicatur; & quousq; Germaniæ fines sese extendant, quæq; loca & provinciæ pro germanicis adhuc habendæ, non immerito hic quæritur? Et primum quod attinet, sciendum Germanum non tantum dici illum, qui in Germania natus est, verum etiam qui alibi, & extra Germaniam, ex germanis tamen parentibus. *Bart. ad l. 1. n. 4. ff. ad Municipal.* filius namq; originem patris sui sequitur *l. filios 3. C. de Municipib. & originar. l. adsumptio 6. §. 1. ff. ad Municipal.* & dignitates, terræq;, primævæ origini adjectæ, originem primam nec mutant nec minuunt *l. pen. & ibid. Dd. ff. de Senatoribus.*

Hinc

Hinc Fridericus II. licet in Sicilia lucem adspexerit, ad Imperium tamen tanquam Germanus admissus est, quod sc. Henricum VI. Imperatorem patrem demonstrare potuit *Cario in chron. in vit. Frideric. II. Peuer. lib. 5. chronic. in vit. ejusdem.* Et hoc etiam in avo locum habet, respectu nepotum, modo nascantur vivo avo, nam tunc non in patris, sed in avi sunt protestate §. *fin. Inst. de patr. potest* adeoq; ipsius quoq; originem, maxime ad honores sequuntur *per jura supra allegata* uti de Carolo V. & Ferdinando fratribus & Ducibus Burgundiæ respondit. *Henning. Goden. Consil. 1. n. 3. Arum discurs. 2. ad aur. Bull. th. 4. Henr. Zölner de Reg. Roman. election. conclus. 16. Dn. Reinkingk de regimin. sec. & Eccles. lib. 1 class. 3. c. 4. n. 15.* Ipsam vero Germaniam, veteres Geographi districtum illum à mari Balthico versus septentrionem, Rheno versus occasum, Danubio versus meridiem & Vistula versus ortum circumscriptum, vocabant *Bertram. de comit. Imper. Rom. German. Concluf. 23.* licet termini hi jam dudum sint moti & verissimum sit quod *An. Piccol. de stat. Europ. sub Frider. III. c. 23.* ait. sicut imperia, ita Provinciarum limites temporis successu variari. Hodie igitur cum nationes non amplius fluviis istis montiumq; situ, sed lingua potissimum ac jurisdictione à se invicem discernantur pro ut testatur Münsterus *lib. 3. Cosmograph. c. 7. in fin* ea loca veras Germaniæ partes esse reor, ubi & lingva Germanica in usu est, & Imperij jurisdictio agnoscitur *Mercat. in Atlant. minor. sub. rubr* in Deutschlandt.

13. Tertiam in Imperio nostro locum obtinent Principes Electores, quos Regibus nostri non injuria comparant *Warn. de Erenb. 1. de fœderib. c. 2. n. 147. Dan Moller. 1. semestr. 40. n. 1.* & quorũ dignitas & authoritas tanta est, ut iisdem Germania, libertatem suam in hunc usq; diem salvam & utcunque tectam extare, se debere facile agnoscat. *Arum. discurs. 3. ad aur. bull. th. 10.* nam non solum incommodis illis, quæ durante interregno facile oriri possunt, maturâ novi Imperatoris electione occurrunt, verum etiam pro Imperij, orbisq; salute, saluberrima sæpissimè consilia suscipiunt uti loquitur Carol. IV. *in aur. bull. tit. 12.* Hinc columnæ appellantur, quæ sacri nostri Imperij ædificium circumspectæ prudentiæ solerti pietate sustentant *aur. bull. c. 3. vers. decor & gloria.* septem candelabra lucentia in unitate spiritus septiformis *d. aur. bull. in proœm.* solidæ Imperij bases & columnæ immobiles *d. aur. bull. tit. 12. in pr.* in partem Cæsareæ solicitudinis constituti, ut plu-

rimum necessitatibus sublevandis Cæsareæ sublimitati assistant *in pr. tit. fin. d. aur. bull.* Vocantur quoq; nonnunquam septemviri, à numero sc. septenario; septem enim eorum tantum numerantur, neq; plures, neq; pauciores, idq; exinde quod hic numerus electioni maxime inservire videtur, uti Dd. communiter tradunt, tribus etenim ab aliis tribus dissentientibus, quartus omnem dissensionem & discordiã solvere potest *Anton. Coler. de jure Imp. German. section. 44. Carpz. de Regalib. concluſ. 17.* Verum si rationem hanc paulo attentius perpendamus, videbimus idem obtinere in numero quinario vel ternario, dissidentibus enim duobus inter sese, tertius voto suo dissensionem tollere potest, vel duobus ab aliis duobus dissentientibus, quintus tandem dissensionem dirimere potest. Dico itaq; cum *Andr. Knich. de Saxon. non provoc. jure verb. Electorum. c. 1. n. 306.* Sufficit mihi authoritas Imperatoris, ita sancitum fuisse, & cum *Richard. Dieter. de sum sum. Imper potest. concluſ. 60.* Multa sunt veterum placita quorum nulla specialis, certaq; ratio reddi potest, quæ tamen cum neq; Deo, neq; naturæ injuriam inferunt, sed potius ut omnia decenter ac sine impostura fiant, prospiciunt, exacte sunt servanda. Ordinati autem ex singulis ordinibus sunt Electores, ex Clericis sc. & secularibus, vel, ut Ecclesiastici, quibus ad imperatoriam dignitatem adspirare non facile licet, Politicos & seculares, ne alterius voto ad tantum Imperij decus temerè adspirarent, in officio retinere possent *ex Julio Pflug oration. de stat. German. Anton Coler. de Imper. German. section. 44. Bertram de Comit. concluſ.* 30. vel quod existimarunt veteres, tum demum in por. u consistere Imperium, si ex togata & armata militia Senatus constitueretur, tanta enim, inquit *Heig. 1. quæst. 4. n. 61.* veterũ Principum in religione devotio fuit, ut sine sacerdotibus & Episcopis nihil magnum feliciter se absolvere posse sperarent, & ita demum recte omnia processura crederent, si religionis Antistites consiliis suis præsentes haberent. *Arum. discurs. ad aur. bull. 3. th. 8 Joach. Cluten. syll. rer. quotid. concluſ. 24. lit. f.*

14. Ecclesiastici autem Electores secularibus ut præferuntur, *aur. bull. tit. 3. & 4.* & seculares præeminentiam hanc, religionis prout opinor, & Ecclesiæ reverentiã, Ecclesiasticis libenter concessere, ita primo etiam loco de Ecclesiasticis agam Electoribus, & hac occasione de illorum non tantum, sed & reliquorum Imperij nostri Episcoporum potestate nonnulla proferam. Duæ autem cum sint vitæ, carnalis

sc. &

sc. & spiritualis *Joach. Cluten. Syll. reg. quotid. concluſ. 5. lit. a. allegans ad hoc c. niſi § pen. Extr. de Renuntianion.* sic duplex quoq; est potestas, politica scilicet vel temporalis & Ecclesiastica seu spiritualis, quarum illa in corporibus, hæc in Sprritibus & animis dicitur occupata *arg. c. Valentinianus 3. distinct. 63. Novell. 6. in præfat.* & quarum tanta distinctio ut una cum altera misceri nullo modo possit *uti ex Bernh. lib. 2. consider. ad Eugen. refert. Joach. Cluten. d. concluſ. 5. lit. B.* unde Henricus, Imperator de Hildebrando ad Episcopos rectissime ait: *Unus cum utrumq; sibi vindicavit, utrumq; dissipavit, nec in uno profuit, qui in neutro prodesse voluit, nec potuit, Abbas, Ubspergens. in chronic. quem allegavit Joach. Cluten. d. l. & Carpz. in capit. Cæsar, c. 2. n. 1.* Et Carolus calvus acriter restitisse tyrannidi Hadriani Pontificis Romani, qui suprema tum temporalem etiam jurisdictionem supra omnes Episcopatus conabatur occupare, minasq; has addidisse fertur ni Pontifex pristinis suis juribus contentus viveret, & ab instituto, maloq; tyrannidis suæ Proposito recederet, se impostrum acerbius responsurum *uti videre est ex Goldast. tom. 1. Constit. Imp pag. mihi 23.* Et recte; si enim miles, curas civiles arripere prohibetur *l. Militares 16. C. de re militer.* & militia statim ac privilegiis omnibus denudatur si aliquam hujusmodi solicitudinem forte susceperit, uti loquitur Imperat. *in d. l. militares 16.* quanto magis miles spiritualis, ab iisdem abstinere debet, maximè cum absurdum sit clericis imo etiam opprobriosum, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium *teste Justiniano in l. repetita 41. C. de Episcop. & Cleric. & scriptum:* nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus *c. reprehensibile ca. 23. quæst. 8.* Accedit quod utraq; hæc potestas à Deo sit *Novell. Justin. 6. in pr.* & ideo talis quoq; censeri debeat, qualis à Deo est præscripta; Jam verò Deus discipulis claves regni cœlorum porrexit, non terrarum, nec regnorum, & dedit iis potestatem solvendi & ligandi non pro terra, sed pro regno cœlorum, cumq; omnem potestatem sibi datam protestatus esset, jussit tandem discipulos ire & docere omnes gentes, baptisare in nomine Patris filij ac SS. & docere eas servare omnia sua mandata, ut vel hinc solum asserendum sit, omnem Ecclesiasticorum potestatem non alio fine, quam qui ad vitam æternam obtinendam facit, circumscriptam esse, non tantum, ne potestas hæc quæ distincta est & esse debet à politica & seculari potestate, cum illa confundatur, verum etiam, ne alterutrum officium

officium segnius & negligentius obeatur; impossibile enim videtur ut unius hominis cura & vita duobus tam arduis officiis sufficiens esse possit *arg. c. cni portio ca. 12. quæst. 1. c. cum ad verum. distinction. 96. c. sed nec procurationes, Extr. Ne Clerici vel monach. secularib. negot. se immisc.*

15. Competere itaq; Ecclesiasticis tantum poterit, & quidem ratione ordinis & officij sui, potestas docendi & prædicandi verbum Dei *arg. Matth. c. ult. vers. 19. Marc. ult. vers. 16. & 17. c. inter cætera 15. Extr. de offi judic. ordin. & ibid. gloss. in verb. prædicationis*, peccatores in Ecclesia ligendi & absolvendi, *Johan c. 20. vers. 22. & 23.* administrandi sacrameta *c. sicut non alij 11. de Consecration. distinct. 1.* & reliqua, quæ circa animas versantur, & dirigunt ad vitam æternam obtinendam, nec falcem hisce in alienam messem mittere, aut fines alienos invadere, permissum videtur, cum non bene conveniat Psalterium cum cithara, ut loquitur *Practica Ferarien. in form. respons. rei conventi §. præscriptionis* & graviter *Otto Frisingensis sicut ad spiritualem gladium, spirituales quoq; possessiones, id est, primitiæ, decimæ, oblationes, & alia hujusmodi pertinent, sic materiali, omnes terrenæ dignitates, Ducatus ac hujusmodi subjacent: hæc enim Deus non in una persona sed separatim in duabus in Ecclesia esse voluit, proinde sicut illi personæ, quæ gladium materialem portat, non licet contingere ea, quæ spiritualia sunt, sic & isti ea usurpare quæ hujus sunt, non convenit arg. 2. paralipem. 26. vers. 18.* Verum licet hæc omnia rectissime ita dicantur. *In plurimis tamen mundi partibus*, inquit *Alexand. Raudens. de analog. c 39 n. 83. pluquam notorium jam est, quod Ecclesiastici à Principio fundationis suarum Ecclesiarum, vel à tanto tempore, de cujus contrario non extat memoria cum potestate spirituali & Ecclesiastica obtinuerint, & adhuc legitime obtineant Ducatus, Comitatus, Baronias cum jurisdictione temporali*, & historiæ testantur passim, tantis honoribus ab Impp. cumulatos fuisse Episcopos, ut potentissimorum Imperij Principum opes & potentiam si non superare, facile tamen æquare potuerint *Iren. exeges German. lib. 2. c. 10. & lib. 3. c. 35. 36. & 37. Leopold. Bebenb. de Zelo german. vet. Princip. c. 10.* quomodo & Ludovicum Pium Imperatorem Episcopos inter Imperij Principes legisse refert *Helmoldus lib. 1. chron. Sclavor. c. 4.* dum ait: *Ludovicum liberalitate maxima erga Dei cultum usum, in tantum, ut Episcopos, qui propter animarum regimen Principes sunt cæli, ipse eos-*

dem

dem nihilominus Principes efficeret regni. Cujusmodi exempla alij deinceps Germanorum Impp. fidei & religionis Zelo ducti, maximopere sunt secuti *Heig.1.quæstion. 4.n.54.& 55.* ut præsumptuosum nimis esset teste Arumeo *discurs.ad aur.bull.3.th.8.pag.126. in fin.* disputatione scholastica, qua nec Ducatus, vel Dominia dari, aut adimi possunt, eis veteris dignitatis terminos pervertere velle.

16. Non tantum itaq; Episcopi, in Imperio nostro Romano Germanico, jam inde â multis seculis, uti dictum est, in partem solicitudinis Imperialis adsumpti, atq; inter Principes Imperij adscripti sunt, verum etiam, cunctis juribus Regalibus & territorialibus, instar cæterorũ Principum secularium ab Imperatoribus nostris investiti ac decorati sunt *Laurent.Ohm de jure Episcopal.conclus.19.lit.G.Andr.Gail 1.de pace publ.1.n.12.* Hinc ut status Imperij ad comitia semper vocati sunt & in iis votum ac sessionem rectissimè obtinuerunt, *Bertram de Comit. membr.3.conclus.25.* iisdem regulariter privilegiis ac juribus usi sunt in suo Episcopatu, quibus seculares Principes & Duces in Ducatu suo, *Laurent.Ohm d.conclus.19. Andr.Gail 1.observat.30.n.1.* Imo Regalia, cæteramq; potestatem politicam habent, non quatenus Principes seculares, prout tamen communiter opinantur Dd. sed quatenus Principes sunt Ecclesiastici, quod evincit non modo duplex ille Principum Imperij ordo, quo alij Ecclesiastici, alij seculares appellantur, verum etiam textus juris Saxonici *lib.1.* Landrecht *artic.3.* ubi Episcopi secundum dicuntur habere hereschildum die Bischoffe haben den andern Heerschild / vnd ist dieser Heerschild nichtes anders / dann jhr geistlicher Fürstenstandt vnd Recht / das sie von jhren Fürstenthumen haben / & clarius adhuc *gloss.marginal. ad artic.26.lib.1.* Landrecht his verbis: der Heerschildt ist der Gürtel / die dignitet, prælatura oder der Standt jhrer Person / jhres Rechten vnd Gutes in der Kirchen / daß sie vom Römischen Reich vnter den Namen der Regalien empfahen zu Geistlichen Fürstenthum des Reiches *Laurent. Ohm de jure Episcop.conclus.19.lit.K vide quoq; Arum. discursum 3. ad aur.bull.th.8. Bertram de Comit.Imper.Rom.germanie, membr.3.concl.35.*

17. Et hæc parum dubitationis habere videntur in Episcopis, qui secundum concordata, ut appellantur, Germaniæ inter Fridericum III. Imperatorem, & Nicolaum V. Pontificem, An. 1542. vel ut alij volunt, Anno 1447. inita, ab Imperatore per sceptrum, jurisdictione, Regalibus

galibus aliisq; Imperij fascibus insigniti sunt, à Pontifice vero confirmati & consecrati; Verum an idem quoq; de Antistibus reformatæ religionis dicendum sit, non frustra hic quæritur? Et constat hosce pro statibus Imperij Ecclesiasticis non haberi, ad comitia non evocari, principatu & ducatu non investiri *Gilman. tom. 3 præjud. cameral. pag. 325.* in Edictis Imperatorum, non Episcopi sed detentores tantum Einhaber appellati Reichs Abschied zu Augspurg de Anno 582 §. gleichfals dieweil etzliche Stände ꝛc. ibi: sollen auch dieselbe als jetzige Inhabere ꝛc. *Zach. Vietor. de caus. exemption. Imper. conclus. 32 ferè in pr.* jurene an injuria, non multis hic disputare animus est, dico tantum justius & consultius esse, si & hi pro Episcopis & Principib⁹ habeantur; licet enim concordata illa Friderici III. & Nicolai V. ut & rigor. juris canonici in *c. nihil 44. §. Episcopi, de Election c. avaritiæ 5. & c. seq. de Election in 6.* velint; quod Electus, si omissa confirmatione quovis etiã titulo sive prætextu administrationi Ecclesiæ sese ingerat, jus ex electione quæsitum eò ipso statim amittat, tamen jura hæc à concilio Lateranensi sub. Innocent III. in tantum limitata reperiuntur, ut his, qui extra Italiam in concordia electi, & alias à Pontifice confirmandi essent, potestas data sit, statim ab Electione, etiam ante confirmationem tam spiritualia quam temporalia Ecclesiæ suæ administrandi, dummodo ex rebus Ecclesiasticis nihil alienent & *d. c. nihil 44. in fin. de Election. & elect potest.* Et si vera est Dd. conclusio, quod ex sola septemvirorum electione Imperator sit & administrandi jus consequatur, sine Pontificis etiam adprobatione & consecratione uti probavi supra *disp. 1. th. 5.* quid obstaret, quo minus idem in Episcopis legitime electis vel postulatis locum sibi vindicaret? maxime cum nec ipsi Pontificij Episcopi & Archiepiscopi in Germania, rigorem illum juris Pontificij amplius admittant uti exemplo Archiepiscopi Colonienſis, Episcopi Argentoratensis & aliorum, qui consecrati non fuerunt, nec consecrationem expolitica quadã consideratione, recipere voluerunt, hoc probat *Laurent. Ohm de jure Episcop. conclus. 14. lit. E. Just. Sinold. Schütz. de vicar. Imp. horum j, potest conclus. 4. vers. etsi Pontificij hoc non admittant &c.* notatu enim digna vox est Rudolph. I. *Multos Germanorum Reges Italia consumpsit; non ibo Romam. Rex sum, Imperator sum, nec minus pro utilitate Reip. facturum me confido, quam si Romæ coronatus essem Victor. de caus. exempt. Imp. conclus. 32.* unde nec impietatem quandam

dam redolere existimo, si Episcopus veterem illam cantilenam, *Quia me vestigia terrent*, hoc in casu cum Cæsare suo canat, Deniq; cum vigore pacificationis religionis, publico Comitiorum Imperij Recessu Augustæ Anno 1555. sancitæ, omnis prætensa Ecclesiastica potestas & Jurisdictio Papæ, in ordines Protestantes, cum omnibus consequentiis plenè suspensa dicatur, *d. Recess. Imper. de An. 1555.* §. damit auch obberührte ꝛc. non video, qua ratione adducuntur & attenduntur amplius, præsertim hoc in casu, jura illa canonica, & prædicta concordata Friderici III. cum Nicolao V. sopita jam & sublata semel per pragmaticam illam sanctionem de pace Religionis, nisi §. vnd nach der bey Vergleichung 5. d. pacificat: Religi. adhuc nostræ sententiæ obstare, quis dicat, de quo tamen in ipso discursu, si nobis opponetur, edisseram quid sentio.

18. Verum quid de pontifice Romano statuendum? Hic primatum & præeminentiam potestatis super universas Ecclesias ab ipso Domino salvatore nostro obtinuisse dicitur *in c sacrosancta distinction. 22.* non puri hominis sed veri Dei vicem gerit in hisce terris *c. quanto persona de translat. Episcop.* à pio Principe Constantino Deus appellatus *c. satis evidenter distinct. 96.* à seculari potestate nec ligari, nec solvi potest *d. c. satis evidenter distinct. 96.* utrumq; gladium habet, & omnes judicat à nemine autem judicatur *c. unam sanctam, Extravag. comm. de major & obedient.* huic omnes humanæ creaturæ de necessitate salutis suæ subesse debent *d c. unam sanctam in fin.* præter hunc inter homines superior non cognoscitur *c. per venerabilem 13. in pr. ferè. Qui filij sunt legitimi* ab hujus authoritate omnis, aut Italiæ, aut alterius alicujus regni felicitas dependet *Anton. Possevin. in cantion. de libr. Machiavell.* hujusq; potestas major est quam omnium Regum ac Principum *Barthol. Facius de vitæ felicitat. part. 1. sub. rubr. Sacerdos*, imo Papa Imperatore major est, ac supra ejus cervicem *Bald. in proœm. ff. n. 9. & in l. fin. C. de LL.* ob supremam ejus & præexcellentem potestatem Dominus totius mundi appellatur. *Peregrin de jure Fisc. tit. de iis qui jur. fiscal habent. n. 2.* & si quæ sunt alia, quibus potestatem & authoritatem Pontificis, depingere conantur Pontificij. An vero de jure hæc ipsi competant, & imprimis etiam Regalium capax ille sit, non adeo est expeditum; sane arrogare sibi Pontificem omnia Regalia, etiam merè reservata, eaq; quotidie exercere, ipsa experientia abunde satis testatur: Sic

Contenta.

Pius V. Pontifex Cosmum Ducem Florentiæ coronâ & Magni Ducis Hetruriæ titulo donavit *Pacian. de Probat. lib. 2. c. 35. n. 69. Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9.* sic Academias in hunc usq; diem erigunt, *ut probavi supra disp. 1. th. 53.* famæ restituunt: *c. cum te 23. de sentent. & re judicat.* libe-
ros naturales, non modo ad actus spirituales, ut sc. in Episcopos pro-
moveri possint, verum etiam ad actus seculares, legitimant *c. per vene-
rabilem 13. Extr. Qui filij sunt legitimi* omnemq; Magistratum, cum
universis Regaliis Romæ B. Petri esse, contendunt, *uti constat ex Re-
script. Hadrian. Pontificis ad Imperat. Frideric. I. apud Goldast. constit. Im-
per. tom 3. pag. 337.* quo jure autem? non ob superioritatem, uti Pon-
tificij somniant, rectissime enim denegant Præsuli illi Romano supre-
mam illam potestatem, & è contra Imperatoi eum subjiciunt, nostra-
tes ut & Saniores Pontificij Dd. cui etiam subjectus esse debet, si mo-
do homo sit & animam habeat, *Rom. c. 13. vers. 1.* Deinde nec ob univer-
salem Episcopatum, cum hic à fidelibus abesse debeat, ut fideliter ad-
monet Pelagius II. Pontifex *in c. nullus distinct. 99.* & inter servos Chri-
sti computandus non sit qui primatum in terris desideravit, aut de eo
saltem tractavit *c. multi sacerdotes vers. quicunq; distinct. 40.* An ergo ex
donatione Constantini Magni, qua Romam urbem & omnes Italiæ
sive occiduntales provinciæ, una cum diademate aureo, indumentis
Imperatoriis, imperiali sceptro, & omni regia dignitate ac potestate
Sylvestro Papæ cencessisse fertur *c. Constantinus distinct. 96?* Nec hoc
speciem veri habere videtur, primo namq; sub judice adhuc lis est, an
etiam donatio illa unquam facta sit, & negant hoc communiter Dd.
etiam ipsi Pontificij, non tantum ob summum tantâ de re silentium
Eusebij, qui integros quatuor libros de vita Constantini conscripsit, &
aliorum istius temporis scriptorum, verum etiam ob contrariam tem-
porum illorum experientiam; constans enim Historicorum evincit
assertio, urbis Romæ & totius Italiæ Imperium penes Constantini suc-
cessores, cõtinuâ serie usq; ad Gothicas & Vandalicas irruptiones & de-
vastationes permansisse, nunquam vero penes Pontifices fuisse, & Ju-
stinianum tandem, ejectis Barbaris, illud ipsum sibi denuo vindicasse
Procop. lib. 3. quod innuere quoq; voluit Fridericus Barbarossa, quan-
do Hadriano Pontifici, omnem Magistratum cum universis Regaliis
in urbe Roma, B. Petro & sibi competere asserenti, in hunc modum re-
spondet: *Hæc res fateor magna est & gravis, graviorig & maturiori*

egens

egens consilio, nam cum divina ordinatione ego Romanus Imperator & dicar, & sim, speciem tantū dominantis effingo, & inaneutiq; porto nomē ac sine re, si urbis Romæ de manu nostra potestas fuerit excussa, apud Goldast. tom. 3. constit. Imper. pag. mihi 338. in pr. statim. Accedit quod nec canones hac in parte sibimet ipsis constent, nam c. futuram Ecclesiam 12. quæstion. 1. qui tamen suspectus admodū est, propter authorē, qui Melchiades perhibetur & ante Sylvestrum vixit v. gloss. ibi: longe aliter meminit hujus donationis, & dicit Imp. Constantinum immensa donaria Ecclesiæ contulisse, fabricam templi primæ sedis B. Patri instituisse, eiq; & successoribus suis sedem Imperialem concessisse; Unde facetè non tantum, verum etiam rectissime Legatum quendam Reip. Venetæ, Pontifici de jure & titulo, quo Veneti maris Adriatici possessionem sibi vendicarent quærenti, respondisse fertur: Ostendat mihi Sanct. vestra instrumentum donatioois Constantini Magni, & à tergo Venetis fectam donationem maris Adriatici invenie t. Henr. Bruning. de var. univers. speciebus conclus. 6. lit. B Deinde si concedamus, factam aliquando fuisse donationem hanc, tamen illam nullatenus valere, & à quovis Imperatore etiam revocari debere asserunt Dd. etiamsi juramento sit confirmata c. intellecto 33. Extr. de jurejurand. alienatio enim illa in præjudicium Imperij facta esset, & contra honorem ipsius Imperatoris d. c. intellect. 33. Schneidw. ad proœm. Inst. Imper. n. 8. Brouch. 2. miscell. controvers. 8. & 4. Ἔνασις. φ. 87. Verum quicquid sit, ipse Pius II. Pontifex, antea Æneas Sylvius dictus, in dialogo illo quem ante Pontificatum suum eum Cardinalis adhuc fuit in Germania edidit, scripta hæc omnia de Constantini donatione ut subdititia & adulterina refellit, invehiturq; contra miseras (ut verba ejus habent) Legistas qui tantum sudant disputando, an illud valuerit, quod nullo unquam tempore fuit. Hieron. Balb. in lib. de coronat. ad Carol. V. sub. rubr. de Christian. Imp. pag. 49. Restat itaq; ut eo jure Pontificē habere Regalia dicamus, quo Alexander ille VI. Hispaniorum Regibus novum orbem concessit, uti videre est ex Bulla Pontificis, quæ extat apud Hieron. Benzon. in histor. nov. orb. lib. 4 c. 3 his verbis: Motu proprio & de nostra mera liberalitate, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes insulas & terras firmas, inventas & inveniendas, detectas & detegendas versus occidentem & meridiem, authoritate omnipotentis Dei nobis in B. Petro concessa, cum omnibus pertinentiis, vobis heredibusq; & successoribus

vestris donamus, concedimus & assignamus &c. egregie sane factum, & quasi. Petrus contra Dei, naturæ & gentium jura, potestatem quandam in Indos sibi arrogare, aut eam alteri concedere potuisset.

19. Nullo itaq; jure, nisi dolo vi ac viribus, in Majestatum jura involavit vultur ille Romanus, ait *Hordtled.* von Vrsachē des Deutschen Kriegs. *lib. 1 c. 47. vers.* vnd was darffs viel *disputirens Joach. Cluten Syll. rer. quot. conclus. 8. lit. d.* ut vere admodum dixerit, *Wolff. lection. memorat. cent. 16. pag. 314. Romana Ecclesia multos pretiosos lapides excussit ex corona Imperiali, multaq; imperialia jura usurpat* & non frustra de summa Pontificis injuria conquestus sit Carol. V. in literis ad Clement. Pontificem, de injuriis Roman. Pontificis in Imperatorem & Imperium illatis, quæ extant apud *Goldast. tom. 3. constit. Imper. al. pag mihi 492.* ibi: *Bellum intulisti prius, quam literæ, quibus illud denuntias, essent redditæ: & eo spectasti quomodo non solum Italia tota me depelleres, verum etiam ab imperij dignitate dejiceres &c.* & ibi: *antequam Rex* (intellige Fransciscum Regem Galliæ) *caperetur, de pace quidem intercessum abs te fuit, sed hoc agebatur, ut sub specie sequestri & depositi Mediolanensem agrum occupares.* Confer quoq; *Gravamina sacri Romani Imperij Principum ac Procerum quæ adversus sedem Romanam in Comitiis Nürnbergensibus proposuerunt uti extant apud Goldast. tom. 1. Constit. Imper. part. 2. pag. 36. & seqq.* Non hæc sunt (ait *Bulla Synodi Basiliens. de Eugenij Pontificis suspension. ab. offic. pastoral. propt. ejus lupin. tyrannid.*) quæ conniventibus oculis transire debeamus, sed severitate opus est, dum levia argumenta non prosunt *Goldast. tom. 3. constit. Imper. pag. 455. & 456.* Hinc quoq; non semel Principes Christianos Pontificum conatibus & factis ejusmodi impiis acriter restitisse legimus; Fridericus I. Imperator Adriano Pontifici in hunc modum rescribit: quicquid Papatus vester regalis habere dignoscitur, largitione Principum obtinet, & rectè ab his homagium exigimus, qui regalia nostra tenent: noster & vester Institutor ab homine Rege nihil accipiens, sed pro se & Petro censum persolvens, docuit nos: discite à me, quia mitis sum & humilis corde. *Norderm. de jure principat. conclus. 12. lit. A. Goldast. d. tom. 3. constit. Imper. pag. mihi 337.* sic Maximilianus II. Pontifici, cum is Cosmum Ducem Florentiæ coronâ & magni Ducis Ætruriæ titulo donasset, ut falcem in alienam messem mittenti, mascule sese opposuit *Pacian. de probat. lib. 2. c. 35. n. 69. Thuan. lib. 46. histor. Bodin.*

lib. 1.

lib.1. de Repub.c.9.n.145. Et cum Bonifacius VIII. ad Philippum Regem Galliæ in hunc modum scripserat: *Scire te volumus quod in spiritualibus & temporalibus nobis subes, beneficiorum, & præbendarum ad te collatio nulla spectat, & si aliquorum vacantium habeas fructus, eorum successoribus reserves, & si quæ contulisti, collationes tales irritas decernimus, & quantum de facto processerunt revocamus:* rectissimè illi Rex Galliæ Philippus respondisse fertur hisce verbis: *Philippus Dei gratia Francorum Rex Bonifacio se gerenti pro summo Pontifice salutem modicam sive nullam, sciat tua maxima fatuitas in temporalibus nos alicui non subesse, Ecclesiarum & præbendarum collationem ad nos jure Regio pertinere, & fructus eorum, vacatione durante nostros facere, collationes à nobis hactenus factas, & imposterum faciendas fore validas, & illarum vigore possessores contra omnes viriliter nos tueri, secus credentes fatuos & dementes reputamus, v. Goldast. tom.3. constit. Imper. pag.407. Bodin. lib.1. de Repub. c.9. n. 139.*

20. Præscriptionem vero si prætendant Pontifices, & dicant, se Regalia & jura Majestatis habere, ex immemoriali temporis possessione, remitto illos tantum ad canones eorum, & quidem ad *c.fin. Exh.de Præscript.* ubi dicitur: *quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est, Synodali judicio definimus ut nulla valeat absq; bona fide præscriptio tam canonica quam civilis, cum generaliter sit omni constitutioni atq; consvetudini derogandum, quæ absq; mortali peccato non potest observari unde oportet, ut qui præscribit, in nulla temporis parte, rei habeat conscientiam alienæ,* quod jus enim ipsi aliis dixerunt, & in alterius personis æqvum esse crediderunt, cur aspernentur idem sibi dici, aut in illorum personis valere non patiantur? *arg. l. 1. & t.t.ff. quod quisq; jur. in alium stat &c.* Et hinc dico tandem, quod omnis hæc Pontificum authoritas & potestas in sola hominum opinione, qua mundus hodie regitur, consistat, ac concludo verbis *Warnem de Erenb. lib de regn. subsid. a onerib. subdit c.2. n.45. & seqq. Maneat immota doctrina antiquissima, Pontoficem ab Imperatore posse judicari, puniri, deponi, si non recte fungatur suo officio, licet contradicat Bellarm. lib.2.1.tom.3.gener. controvers. c. 26. maneat & hoc, Pontifici nihil juris in Reges & Principes competere, maneat & hoc Pontificem leges condere non debere Luth. in captiv. Babilon. cap. de Baptism. maneat etiam hoc, excommunicatione regna indistincte adimi non posse, adferant Pontifices mandata Domini, iisq; exhibita*

bitis exerceant, quam sibi gladio & penna vendicant potestatem & plenitudinem potestatis &c. confer hac de re Norderman. de jure Principat. conclus. 18. Laur. Ohm de jure Episcop. conclus. 7. Cluten. Syll. rer. quotidian. conclus. 7. & 8. Nec ad rem facit, quod utamur & hodie adhuc in Imperio nostro jure Pontificio, & quod in scholis non modo illud ipsum publicè doceatur verum etiam multis in casibus in foro nostro obtineat; nam exinde non statim dicendum, nos Pontificis jugum agnoscere, vel illius subditos esse, cum utamur canonibus iis & jure Pontificio 1. liberè, non coactè ut subditi Pontificis 2. ut jure nostro, & quod nostrum jam proprium factum est propter approbationem & consensum, sic enim & Romani primum ll. 12. tab. ex Græcia petitis, usi sunt, sic Poloni in decisionibus causarum jure utuntur Saxonico, sic nostra hæc Civitas Rostochium, ut & multæ aliæ civitates Vandalicæ jure utuntur Lubecensi, cum tamen nec Græcis superioritas in Romanos, nec Saxonib. in Polonos, nec Lubecæ in nostram hanc & reliquas Vandalicas civitates unquam competierit *v. pl. Johan. Dauth. ir. de testament. n. 8. pag. 11. & seqq.*

21. Inter Electores seculares alij sunt, qui præ reliquis præcipuum aliquid habere, & singulari quodam privilegio decorati videntur; Sic Comes Palatinus Elector, præcipuum hoc habet, quod sit Judex Imperatoris, coram quo Imperatoria Majestas in judicio stare & respondere promisit *aur. bull. Carol. IV. tit. 5.* von Rechten des Pfaltzgrafen vnd Hertzogen zu Sachsen/ibi: Vnd wiewol ein Käyser oder Römischer König von Sachen wegen/darumb er angemuth wird/von alter Gewonheit/vor einen Pfaltzgrafen bey Rhein/des heiligē Reichs Ertztruchses vnd Churfurst antworten soll; jedoch soll der Pfaltzgrafe dasselbe sonst nirgends haben noch suchen/dann an einen Käyserlichen Hoff/oder wo der Käyser oder Römischer König gegenwertig ist. Non quasi Imperator noster Vasallus esset Electoris Palatini, vel eo inferior, sed quia ita sancitum videmus, & Cæsar depositа quadammodo Majestate, sponte sua à Comite Palatino judicari vult, nam sic jure Civili receptum est, eoq; jure utimur ut si quis major vel æqualis subjiciat se jurisdictioni alterius, possit ei & adversus eum jus dici *l. est receptum 14. ff. de jurisdict. & ibid. Dd. confer. Gothofr. in not. ad rubr. C. ne quis in sua caus. judicet.* ubi dicit, quod etiam Regibus Galliæ à Parlamentis jus dicatur, & nonnunquam causa cadant. Deinde idem Comes

mes Palatinus & Dux Saxoniæ Electores, præcipuum & hoc habent quod vacante Imperio, vicarij constituti sint, & inde totum Imperium administrant, hic quidem, illis in locis ubi jus Saxonicum servatur, ut habet *aur. bull. tit. 5. ibi:* auch in denselben vorwesens Rechten wollen wir den Erleuchten Hertzogen von Sachsen/des H. Reichs Ertzmarschalck gleicher Weise zugebrauchen haben an allen Städten da Sächsische Recht sind / mit aller Sach vnd Weiß/ als ob geschrieben ist. Ille vero in partibus Rheni, Sveviæ & in jure Franconico [hoc est, iis in locis ubi jus Franconicum in usu est-uti notat *Buxtorff. dissertat. ad aur. bull. conclus 57. lit. c.*] *d. aur. bull. tit. 5. ibi:* wie offt das H. Reich/ als obstehet beleidiget wird / soll der Erleucht Pfaltzgrafe bey Rhein des H. Reichs Ertztruckses/an statt eines Römischen Königs/ in Landen am Rhein in Schwaben vnd Francken von des Churfürstenthums vnnd Pfaltzgraffschafft Freyheit wegen ein Vorweser vnnd Pfleger des Reiches seyn/ &c.

22. Et licet certarum provinciarum in *d. c. 5. aur. bull.* tantum fiat mentio, tamen vicariatus, hic ad omnes Imperij Romani provincias sese extendit, totius enim Imperij curam, vacante Imperio, Electoribus hisce duobus incumbere, asserunt *Thom. Mich. de SS. Cæs. Majest. stat. &c. Jurisd. concl. 29. lit. A. & Richard. Dieter. de sum. sum Imper. potest. concl. 21.* Et si paulo altius rem consideramus, dicendum hoc procul omni dubio erit, & verissimum esse videbimus non provincias tantum & partes Imperij in *d. c. 5. aur. bull.* expressas, sed totũ Imperium teutonicum ipsis assignatum esse, primo namq; non verisimile videtur, voluisse Imperatorem Carol. IV non toti Imperio, sed aliquot saltem Imperij provinciis de Vicariis providere, quasi illæ præ cæteris hoc meruerint *Buxtorff. ad aur. bull. conclus. 58.* Deinde cum vicarij hoc in casu repræsentent Imperatorem, & hujus potestas non certis illis provinciis tantum adstricta sit, sed extendat sese per universum Imperium sequitur quoq; potestatem Vicariorum non certis tantum locis adscriptam, sed generalem esse debere, absurdum quippe videtur, esse quem sub Imperio, vel Imperatore, nec tamẽ sub hujus Vicario, uti ait *Quirin. Cubach. lib. 2. Jurispr. publ. c. 30. n. 7. Rumelin. part. 1. dissert. 4. ad aur. bull. conclus. 14.* tandem commuuis est hæc Doctorum conclusio, qui ajunt, non modo mentem hanc esse, *d c. 5. aur. bull.* verum usu quoq; & observantiâ ita obtinere, *v. Buxtorff. ad aur. bull. conclus. 58. Rumelin.*

d. dissert. 4. concluſ. 14. Freher. de orig. palatin. lib. 1. c. 15. Richard. Dieter. de ſum ſum. Imp poteſt. d. concluſ. 21. Arum diſcurſ. 3. ad aur. bull. th. 28. d. Freher. in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. c. 10. pag. 191. Rationem autem, quare aurea bulla Caroli IV. duplicis iſtius juris mentionem facere & reſpectu illius, limites Vicariorum quodammodo deſcribere voluit, hanc, ni fallor, adferunt Dd. quod ſcilicet tunc temporis, totum noſtrum Imperium duplici hoc jure tantum utebatur, Franconico ſcilicet & Saxonico, quorum hoc tractum Saxonicum ad mare Balthicum & Sarmatiam, illud tractum Rheni Franconiam & Sveviam, ſub eoq; nomine etiam Bavariam Auſtriamq; complectebatur *Arum diſcurſ. 3. ad aur. bull. th. 28. Buxtorff. diſſert. ad aur. bull. concluſ. 57. lit. C. qui allegat Spec. Svev. lib. 2. c. 43 ibiq; dici aſſerit: Abſente Imperatore Palatinum poteſtatem habere permittendi bannum*, biß für Metz ein Meil vnd biß an die See vnd in Flandern. Ex hiſce vero concludit *Arum diſcurſ. 3. ad aur. bull th. 28.* etiam tunc temporis in Marchia Brandenburgenſi, Ducatibus Braunſvicenſi, Luneburgenſi, Megapolenſi; Pomeraniæ ac adjacentibus jus Saxonicum uſu frequentatum fuiſſe, quod ego tamen in dubio hac vice relinquo.

23 Ampliſſima deniq; eſt horum Vicariorum poteſtas, nam jurisdictione ordinaria muniti, pleno jure exercere judicia *d. c. 5 aur. bull. ibi:* mit dem Gewalt/ Gericht außzurichten vnd zu üben/ *Buxtorff. d. diſſert. ad aur. bull. conc. 59. & 60.* ad beneficia Eccleſiaſtica præſentare *d. c. 5. aur. bull. ibi:* GOttes Gab zu verleihen *Buxtorff. d. diſſert concluſ. 65.* reditus & proventus Imperij recolligere *d. c. 5 ibi:* die Renth vnd Nutz einzuſamlen de feudis inveſtire, juramentaq; fidelitatis vice & nomine S. Imperij recipere *d. c. 5. ibi:* Von denen die Lehn empfahen/ die Trew vnd Eydt der Gelübniß an Statt vnd Namen des H. Reiches einnemen/ die man doch hernach einem Römiſchen König/ der denn erwehlt wird/ zu ſeiner Zeit alle ernewren/ vnd Eyd ſchweren ſoll. Et tandem omnia interregni tempore regulariter peragere poſſunt, quæ ipſe Imperator, ita ut etiam ad Reſervata Imperatoris manus aliquando admoveant, uti experientiâ edoctus hoc affirmat *Juſtus Sinoldt* Schütz/ *de vicar. Imper. Concluſ. 12. lit. B.* ait enim: Adminiſtratorem Palatin. Doctorem quempiam nobilitate equeſtri donaſſe & inducias moratorias civi cuidam Francofurtenſi indulſiſſe, quæ maxime de Reſervatis ſunt ipſius Principis confer quoq; hac de quæſtione *Buxtorff. ad aur. bull.*

aur. bull. conclus. 72. Rumelin. d. dissert. 4. ad aur. bull. th. 22. & alios ab hisce allegatos Specialiter tamen nonnulla prohibita inveniuntur, quæ facere non possunt, ut sunt feuda Principum, quæ vulgariter Fahnenlehn appellantur, exinde quod Vasalli cum vexillis de iis investiebantur Ordnung des Regiments zu Wormbs Anno 1521. auffgerichtet. §. Vnd behalten vns bevor die Belehung der Lehen vnd Regalien der jenigen/die sie vnter den Fahnen offentlich mit solenniteten pflegen zu empfahen/ &c. quod tamen ante perpaucos annos in desvetitudinem abiisse testatur *Andr. Knich. de Sax: non provoc. jure verb. Ducum c. 4. n. 55.* horum enim investitura & collatio soli Imperatori vel Regi Romano specialiter reservatur *d. tit. 5. aur. bull. ibi:* außgenommen der Fürsten Fahnlehen/denn derselben Lehen Vergleichnüß behalten wir einen Käyser vnd Römischen König. Alienare quoq;, quod Imperij est non possunt, neq; alienationi consentire *d. c. 5. aur. bull ibi:* vnd hat aus Käyserlicher Güte zuverbieten / alle Vereusserung vnd Verpfendung der Güter so zum Reich gehören / Zeit seiner Verwesung. Et licet vulgaris hæc lectio *d. c. 5.* Vicariis tantum concedere videatur potestatem prohibendi, ne ab aliis bona Imperij alienentur, latinus tamen textus ut & german. [sicut ex Archivo Electoris Palatini exhibetur à Goldasto] expresse quoq; alienandi facultatem ipsis adimit, & recte, cum & ipse Imperator de rebus Imperij non alienandis nec oppignorandis juramentum præstet, uti videre est ex capitulatione Caroli V. *apud Schleid. lib. 1. in fin. fere.*

24. Insignis vero totius glorioſissimi Collegij Septemvirorum in Imperio nostro est authoritas, non solum quod eligendi Cæsaris Romani potestatem habeat *aur. bull tit. 2.* eundemq; etiam ex formula præscripta, quam capitulationem vocamus, Imperio universo obliget, verum etiam respectu Comitiorum & aliorum conventuum particularium; Nam licet soli Imperatori de jure competat, ut convocet status Imperij & Comitia indicat, tamen hoc facere debet, accedente demum Electorum suffragio uti patet ex *capitulione Ferdinandi II. §. 10. ibi:* Auch in zugelassem Fällen/die Stewr/ Aufflage vnd Reichstage ohne wissen vnd willen der sechs Churfürsten nicht ansetzen / noch außschreiben/ unde Maximilianus II. *in Recess. Imper. spirensi de An. 1570. §.* Als haben wir nicht: ait: se consentientibus Electoribus status Imperij ibidem convocasse, his verbis. Eine gemeine Reichsversamlung

nach vorgehabtem Rath vnd Gutachten / vnser vnd des H. Reiches Churfürsten / ꝛc. Deinde Collegio huic Electorum singulariter quoq; concessum esse novimus, ut absq; specialis veniæ impetratione convenire & Conventus particulares pro salute & incolumitate Reipubl. in Germania celebrare possint, *aur. bull. tit. 12. Capitulat. Carol. V. apud Schleid. lib. 2. & Ferdinan. II. sub. §. 4. ibi:* Wir lassen auch zu / daß die gedachte sechs Churfürsten / zu Zeiten nach Vermöge der güldenen Bull / vnd Gelegenheit des H. Reichs zu jhrer Nothdurfft / auch so sie beschwerligs Obligen haben / zusammen kommen mögen / dasselbe zu bedeuten vnd zu berathschlagen ꝛc. *confer. Heig. 1. quæst. 4. n. 44. & 45.* Quamvis nec reliquis statibus Imperij, conventus hosce adeo simpliciter interdictos existimem, per ea quæ serenissimus Elector Saxoniæ rescribit Imperatori Ferdin. II. in der Resolution welche auff der Römischen Käyserl. Mayt Abgesandten beschehenes mündliches Für- vnd Anbringen / hochgemeldter Churfürst zu Sachsen / zu Torgaw / den 20. May. Anno 1631. in Schrifften gegeben. Imo conventus civitum Hanseaticarum privilegio & præscriptione niti, asserit *Bertram de Comit. Imper. Rom. German. concl. 11. in fin.* Quæ autem alias Principes hi Electores privilegia & prærogativas, præ aliis Imperij Principibus habent collegit ex parte *Carpzov. dissert. de Regalib. conclus. 1.*

25. Quarto loco accedo Principes, Duces, Comites, imo & Barones, non quod dignitate hi invicem non sint distincti, sed quod unum eundemq; senatum in comitiis constituant *Paurm. de jurisd. lib. 2. c. 2. n. 122.* & Baronum ac Comitum potentia & authoritas, in Imperio plus ponderis habeat, quam alibi forsam Principum ac Ducum *uti ex Franciscis. Carol. pro German. pag. 11. refert Carpz. de Regalib. conclus. 122.* iisq; Regalia, non tamen proprio jure, quod regulariter solius est Imperatoris, competere assero, habent enim ac possident amplissima illa jura territorialia die Landesfürstliche oder Landeshohe Obrigkeit / vnd Oberherrligkeit / de quibus *v. Knich. de sublim. jure territor. c. 1. n. 1040. novissed.* eaq; non amplius ad mandatum vel jussum Imperatoris, sed proprio jure & Marte exercent & contemplatione ac intuitu concessionis vel investituræ semel factæ, postmodum inconsulto quoque Imperatore iis libere utuntur *Christoph. Ming. de Superiorit. territor. conclus. 53.* Hodie namq; nomina hæc ducum, Comitum, Baronum, dignitatum simul & patrimonij indices sunt *Just. Gebhard. de Sacr. Rom.*

Rom. Imper. concluſ. 71. Zach. Victer. de cauſ. exempt. Imp. Concluſ. 3. licet olim non Principatus ſed officij tantum & quidem judiciarij, non patrimonij, ſed muneris, nec perpetuæ ſed temporariæ dignitatis fuerint, uti Loquitur *Juſtus Gebhard. d. diſc. de Sacr. Rom. Imper concluſ. 70. & Chriſtoph. Ming. de ſuperiorit. territor. in proœm. concluſ. 2. in fin.* Unde jam illud natum eſſe exiſtimoo, quod dicitur: Principem in ſuo territorio tantum facere poſſe, quantum Imperator in Imperio *v. Dn. Cothman. 3. Reſponſ. 29. n. 278. & ſeq. Zach Victor. d. diſcurſ. de cauſ. exempt. Imper. Concluſ. 4.* daß ein jeder Fürſt Käyſer in ſeinem Lande ſey *Dauth. de Teſtam. n. 36. pag. mihi 34. in marg.* ſalva tamen majeſtate & reſervatis Imperatoris, ohne Schmälerung der Käyſerl. Hoheit vnd reſervaten *Receſſ. Imper. Ratiſbon. de An. 1576. §.* Dadurch den nicht allein etc. ibi: ſondern wil auch das alles zu vnſer Käyſerlichen beſondern Hoheit vnd reſervaten de facto durchgebracht vnnd fortgeſetzet werden. Hinc etiam Principes Imperij & Comites nonnulli, ſo gefürſtete Grafen/ & Prælati Abbatesq;, qui poſt Principes Imperij in ſeſſionibus collocantur, *Ming. de Superiorit. territor. concluſ. 54.* Gratiæ DEI Principatum ſuum accceptum referunt, ac in reſcriptis, edictis & epiſtolis ſuis utuntur titulo iſto: Wir von Gottes Gnaden/ *Carpz. ad capitul. cæſar. c. 1. n. 23. in fin.* quo tamen in Gallia, absq; crimine læſæ Majeſtatis, Rege inferior, uti hodie non poteſt *Dn. Reinkingk de Regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 1. claſſ 5. c. 6. Speid. in not. ad Rumelin diſſert. in aur. bull. diſſert. 1. th 4. lit. A. verſ. hunc autem titulum.* Hinc deniq; ad alios Principes de negotiis ad Principatum ſuum, non ad totum Imperium ſpectantibus, legatos æque mittere poſſunt, quã quiſpiam aliorum Regum de regni ſui reb9, quod quoq; in aliis Imperiis ſine perduellionis crimine fieri non poſſe, aſſerit *Rich. Dieter. de ſum. ſum. Imper. poteſt. th. 82.*

26. Quod itaq; de Lydorum Rege Cræſo Juſtinus ait: Eum ſi non regiam, regiæ tamen dignitati proximam egiſſe vitam noſtris hic Principibus Germaniæ quam rectiſſime accommodari poſſe exiſtimo, qui dignitate nulli cedunt nationi, & qui omnibus aliis Principibus, ſub exteris Imperijs & Regnis viventibus longe ſunt præferendi *Richard. Dieter de ſum. ſum. Imper. poteſt. concluſ. 8.* quo etiam reſpiciens Carol. V. dicere ſolitus fuit: ſe in aliis ſuis regnis & ditionibus mancipiis & ſervis, in Germania vero liberis & Regibus imperare, & Maximilianus I. ſe Regem Regum dixit, cum alii, ſervorum & aſinorum

Contenta.

Reges esse malint *Arum discurs.3.ad aur.bull conclus.41. Richard. Dieter. d. th.81.* facit quoq; illud Guilielm. Brusij *in consil. de bell advers. Turcam feliciter gerend.* se ut in Italia palatia & antiquitatum monumenta, in Gallia milites, in Hispania Præsules, in Anglia agricolas, in Polonia Nobiles, ita in Germania Principes omni laude & admiratione dignos invenisse *Carpz. de Regalib. conclus. 112.* Et sane nullibi terrarum illustriores inveniuntur prosapiæ, quam in Germania *Æneas Sylv. in descript. German. c.30.* adeo ut & multis retro annis, ambitiosè quidam Germanorum nomen affectarint, *Joach. Cluten. Syll. rer. quotid. conclus.26. lit. A. in pr.* Treveros circa affectionem Germanicæ originis ultro ambitiosos fuisse, & tanquam per hanc gloriam sangvinis, à similitudine & inertia Gallorum seperari voluisse, *ex Cornel. Tacit. de moribus German.* Italos ex Germanorum eluvionibus promanasse, *ex Anton. Sabell. Enead. 10. lib. 3.* & Hispanorum nobilissimos à Germanis originem suum repetere *ex Jacob. Thuan. 1. hist. 3.* notat *Joach. Cluten d. conclus. 26. lit. A. Andr. Knich. de Saxon. non provoc. jure verb. Ducum c.2. n.56. & seqq.*

27. Horum autem Principum Germaniæ non ita definitum esse numerum scribit *Thuan. lib. 2. histor.* quod ut suo modo ipsi largior ita & hoc mihi concedat necesse est, esse tantum certas familias, quarum hodie secundum *Paurmest. de jurisdict. lib. 2. c. 1.* octodecim potissimum enumerantur. *vide quoq; Anton. Coler. de jure Imper. Germanic. section. 60.* inter quas tamen de sessionum ordine & prærogativâ variæ semper agitatæ sunt concertationes, adeo ut singulis ferè comitiis ac conventibus, novarum litium clamoribus atria & subsellia personare dixerit. *Bertram. de Comitiis Imp. Roman. German. conclus. 67. in pr.* Ex quo capite autem sessionum ille ordo sit petendus, non inter omnes constat; Alij familiæ antiquitati primas concedunt, *arg. l. 1. C. de Consulib. & per notata Bartoli ibi.* verum rectissime hisce respondet Andr. Knich. si de vetustiori familiæ vel domus alicujus ortu, disquisitio instituitur, nulla major controversiæ ansa oriri poterit, usq; adeo enim Principes aucupantur antiquioris originis famam, ut svasu aliorum existiment, omnes Principes Germanorum aut Romanos esse aut Trojanos *de Saxon. non provocand. jure verb. Ducum c.2. n.44.* Alii ex potentia Principum & terrritorij ac Ducatus amplitudine rem dirimere, ac decidere conantur; verum & hi novisse debent, quod potentia divitiarum

non

non faciat aliquem sublimiorem, ut nec paupertatis humilitas inferiorem *c. legimus 24. vers. potentia distinct 94.* & quod latior finium vel territorij amplitudo minimè efficiat principatum digniorem, ut alium præcedat constituendo illustriorem, uti loquitur *Andr. Knich. d. c. 2. n. 68.* negant enim Dd. nostri, bonam hanc esse consequentiam: Est potentius E. dignius *Menoch. Cons. 36. n. 51. Arum. discur. 4. ad aur. bull. th. 1. pag. mihi 194.* Alij aliter sentiunt, ego sane decisionem sumendam esse existimo ex usu & longissima observantia, seu actibus possessoriis vel quasi cum *Andr. Knich. de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum c. 2. n. 105 Anton. Coler de jure Imper. German. section. 67. Bernh. Bertram de Comit. Imper. Roman. German. membr. 5. conclus. 67. vers. at ex quo capite. Rumelin ad aur. bull. part. 3. dissert. 1. th. 12 Bernh. Zieritz de princip. inter ipsos dignit. prærogat. in fin. ferè* in discernendis enim honoribus, eorumve prærogativa, in tantum statur observantiæ & consvetudini, ut licet aliter de jure censeatur, nihilominus tamen illa obtineat, quam usus longævus firmavit *arg. c. statuimus 15. de majorit. & obedient.* Accedit quod pro possessore in dubio præsumatur, & in suo loco remaneat possessor, si modo Actor contrarium non potuerit probare *§. retinendæ 4. vers. commodum. Inst. de Interdict.*

28. Quid igitur, si neuter litigantium, quasi possessionis commodo præ altero gaudeat? quid si uterq; sese fundet in possessione vel quasi nec alter alteri cedere sit paratus? verissimum enim esse potest, quod *Andr. Knich. d. c. 2. in fin. n. 122.* ait: Principes Germaniæ in comitiis fundare sese concertantes in nuda sessuræ possessione vel quasi, allegando actus hinc inde exercitos; Et ad Imperatorem hoc in casu recurrendum, ejusq; decisioni standum esse, putat *Bertram d. dissert. de Comit. conclus. 67. in medio ferè* sic lis de prærogativa inter Duces Florent. & Ferrar: ab Imperatore decisa legitur *Modest. Pistor. consil. 51. in pr.* sic status omnes, Imperatoris arbitrio, circa sessionum controversias, in Comitiis Augustanis An. 1530. acquievisse ex Cœlestino testatum facit *Bertram d. conclus. 67.* At quid tunc, si quis nec Imperatoris arbitrio hoc in casu subjicere sese velit? ait enim *Bertram d. conclus. 69. ex Cœlestino* quod petendo demum obtinuerit Imperator in comitiis Augustanis An. 1530. ut Georgius Saxoniæ Dux, Guilielmo Bavariæ Duci, tunc temporis stando & sedendo primas concederet; Et responderi potest ex verbis *Andr. Knich. d. c. 2. n. 123. Pro rostris imperij pendet lis ejusq; diremprio,*

ptio, interea vero, ne salus Reipub. sistatur, quidam protestando jus suum conservant quidam vero conveniunt ut alternatim sessura potiantur, qui vero nec protestatione, nec alternis sedendi juribus cõtenti sunt, in abstemiorum castra concedunt. Et hanc causam esse existimo, quod nunquam idem ordo servatus fuerit in subscribendis Recessibus Imperij, sed in singulis respectu ordinis, diversa ferè reperiatur Principũ subscriptio.

29. Tandem ad Civitates pervenio, quarum aliæ dicuntur liberæ seu Imperiales, aliæ vero municipales; liberas autem, de quibus primo loco merito erit agendum, appello; quæ nullum inferiorem Principem, vel alium Imperij statum superiorem agnoscunt, sed soli Imperatori ac Imperio immediate subsunt; Eæq; vicissim dicuntur, vel liberæ Civitates Imperiales freye Reichs Stadt / vel civitates Imperiales tantum, Reichs Städte / & utræq; hodie, licet varij sint Dd. in illarum discrimine constituendo, uti videre est ex *Besold. dissertat. de jure & Imper. Imperial. civit th. 4. 5. & 6.* pari jure censentur, omnesq; immediate Cæsari & Imperio subditæ sunt unde & per copulam, hoc modo freye vnd Reichs Städte / in Recessibus Imperij utræq; cõjunguntur, *Receß. Imper. Spirens. de An. 1529. in fin. ibi:* von der Frey- vnd Reichs-Stadt wegen ꝛc. *Recess. Imper. Spirens. de An. 1544.* §. Vnd wir Churfürsten ꝛc. ibi: vnd des heiligen Römischen Reichs Frey- vnd Reichs-Städt. *Recess. Imper. August. de An. 1548.* §. Vnd wir Churfürsten & passim in reliquis confer. Wehner in observat. practic. verbo frey Reichs-Städte Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. fin. n. 24. Besold. d. dissert. de jure & Imper. Imperial. civitat. th. 6. in fin. & hisce quoq; Regalia competere, intrepidè assero, cum Thom. Michael de SS. Cæsar. stat. ac Cam. Jurisd. Conclus. 44. lit. G. Besold. d. dissert. de jure & Imper. Imper Civitat. th. 8. in fin. Henr. Bruning. de var. univers. specieb. conclus. 19. Bertram. de Comit. Imper. conclus. 48. Dicuntur enim & sunt status Imperij, *uti exdd. Recessib. Imper. satis superq; constat* in suo districtu & territorio jura Principis habent & vicem Principis obtinent *Gail. 2. Observat. 57. n. 7. & de arrest. Imper. c. 9. n. 1.* adeo ut non aliter de iis, ac de ipso Principe & Cæsare sit judicandum Warnem. de Erenb. lib. 2. de fœderib. c. 1. n. 37. & tantum possint in suo populo, quantum Imperator in Imperio, uti de Principib. & Ducibus supra dixi, *Gail. d. Observat. 57. n. 7.* Unde etiam Petr. de Andlo, sacrum nostrum Imperium etiam super civitatibus fundatum esse scribit *lib. 1. de Imper. c. 6.*

30. Hinc etiam secundum communem Dd. sententiam sublimia illa jura territorialia die hohe Landes Obrigkeit vñ Oberherrligkeit hisce competere civitatibus asserо *Besold. de jure & Imper. Civit. concl. 8. & 9. Johan. Dauth. in hypotypos. Section. 5. Bertram de Comit. conclus. 48. Rutg Ruland. de Commiss. part. 2. lib. 5 c. 4. n. 4. Joach. Cluten syll. rer. quot. conclus. 27. lit c. pag. mihi 87. Henr. Bruning. de var. universit. specieb. conclus. 19. Rumelin part. 1. ad aur. bull. dissert. 1. th. 11.* Cum enim propria habeant territoria, & Imperatorem eo nomine immediate recognoscant, sequitur quoq; eas jus habere territorio adnexum, quod aliud nihil est, nisi superioritas illa territorialis die Landes hohe Obrigkeit *Besold. de jure & Imper. civit. Imperial. conclus. 8.* Et hoc eo minus dubitationis habere poterit, si jura illa à Principum persona abstrahantur, ac in propria simpliciq; eorundem essentia considerentur, quod fieri videmus, si dico: habere Civitates jura territorialia, die hohe Landes Obrigkeit/ non vero die hohe Landesfürstliche Obrigkeit/ jura namq; Principum ac statuum Imperij habent, ratione rei sive territoriorum quæ possident, non ratione personæ, cum Principes ac Duces non sint, nec in suo territorio habeant, qui autem & Principes sunt & simul territorium habent, illi dicuntur habere die hohe Landesfürstliche Obrigkeit/ / tum ratione personæ Principis, tum etiam ratione territorij, & hoc est quod *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2 part. 2. c. 1. n. 63.* ait: habent Civitates Imperiales jura quidem Principis, sed jura Principis realia, non etiam personalia, & ita decisum quoq; esse in causa Electoris Palatini contra Hirnheim ex *Adrian Gylman. decis Camer. Imper. tom. 2. lib. 1. vot. 9. fol. 798. n. 2.* notat *Johan. Dauth. in hypotypos. sect. 5. vers. eadem sententia.* hic verbis: Omnes tam veteres quam recentiores juris Interpretes non nisi unum, merum vel summum Imperium noverunt tanquam GENUS, idq; dividunt in species suas, in persona Principis sey die hohe vnd Landesfürstliche Obrigkeit ein Ding. Summum Imperium in Principibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus, genere & re unum, nomine & specie differens, Et licet Baro, Comes vel Civitas inmediata, non possit habere die Landesfürstliche Gerichtbarkeit/ tamen in suo genere eadem jura habet, quæ Princeps in suo, est autem summum illud Imperium in Principe Landsfürstlich/ in Comite Gräfflich/ in civitate Städtlich/ *hactenus Dauth. d. l.*

31. Verum major est disceptatio de Civitatibus municipalibus, an & iis quoq; Regalia competant? Et cum illæ non immediate Cæsari, sed Principibus regulariter ac aliis Imperij statibus subjectæ sint, ac privatorum loco habeantur *l. eum qui 16. ff. de verbor. signific. l. nihil interest 15. ff. ad SCt. Macedon.* dicendum sane esset quod non, nisi de multis præsertim inferioris nostræ Saxoniæ, Civitatibus municipalibus contrarium verius esse, usus nos doceret & experientia, unde etiam *Ruland de Commissar. & Commission. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 47.* ait: plurimæ in Germania civitates reperiuntur, quæ licet Principibus subesse videantur, maxima tamen ab Imperatore concessa habent Regalia, cui & Gail consentire videtur, *2. observat. 130. n. 15.* Et recte, quis enim nescit, jus monetæ de Regalibus & quidem majoribus esse, & tamen non Imperiales modo & liberæ Imperij civitates, verum etiam nonnullæ municipales, ut vocantur, passim hoc jure gaudent & auream quoq; monetam cudunt, uti de Rostochio & aliis nonnullis constat. Pertinet huc, jus ineundi fœdera, quod civitatibus quoq; nostris & ante aliquot secula competiisse, ex variis fœderibus, quale fuit Hanseaticum, item civitatum Vandalicarum, &c. facile probari poterit. Non dicam jam de juribus fisci, & aliis Regaliis, de mero & mixto Imperio quo gaudent etiam civitates hæ nostræ Saxonicæ, hoc tantum addo: nihil ferè eorum, quæ ad perfectum regimen pertinere dicuntur, civitatibus nostris per unum, duo, tria, aut plura etiam secula defuisse, aut adhuc hodie etiam deesse prout existimat *Johan Dauth in discurs. de Rerump. inferior. Saxon. illustr. perfect. regim. & stat. pag. mihi 28* quando ibidem ita fatur: *Constat primo, vallis atq; munitionibus propè inexpugnabilibus, armamentis instructissimis, præsidiis fortissimis, omnibusq; ad perfectum atq; plenum jus defensionis spectantibus, eoq; etiam pertinentiis Regaliis* [mit allen denen Herrligkeiten / so zum Schutz gehören] *Respublicas Saxonicas ita esse decoratas, ut multas etiam Imperij Civitates, atq; status longo post se intervallo relinquant. Nullus prius apud illas in civem cooptatur, aut etsi originarius sit, pro cive reputatur, nisi se & satis armatum esse ostendat, & jurejurando militiæ defensivæ in casu necessitatis devinciat, atq; sacramento etiam promittat, quod arma sua militaria haut quaquam abalienare, sed meliorare potius velit.*

32. Totus itaq; mundus jam videt, aliam hodie Civitatum & totius penè politiæ Germanicæ rationem esse, quam olim & quidem

sub

sub jure Romano fuerit, imo dicat necesse est, cum *Warn. de Ereub. lib. 2. de fœderib. c. 1. n. 39. multas civitates habere rem, sed non nomen, appellaveris ita ff, pro lubitu, quod tenent, tam est tamen simile juri Principatus, ac ovum ovo.* Ast non tantum Imperatorum beneficiis, verum etjam Principum suorum ope ac clementiâ civitates hasce, ad tantum honoris fastigium perveniisse, ex historiis plusquam notorium est, & ait *Warn. de Ereub. d. n. 39.* ut Imperatores Principibus, sic Principes Civitatibus infinita tribuisse, partim ut munificâ hac & prolixâ dignitatum concessione, civitates hasce sibi devotiores redderent, *per ea quæ tradit Tapia ad rubr. ff de Constit. Princip. c. 4. in pr. Andr. Knich. de Sax. non provoc. jure verb. Ducum. c. 1. n. 1.* partim etiam, ut ex subditorum dignitate eo rectius judicari posset de Superiorum præeminentia; quanto namq; quilibet præest majoribus & dignioribus, tanto quoq; & ipse habetur major & dignior, *juxta Novell. Justin. 15. in fin. præfat. Andr. Knich. de Saxon. non provocand. jur. verb. Ducum c. 1. n. 27. & de subl. jur. territor. c. 1. n. 318. noviss. edit.* eoq; nobilior existimatur, quo nobilius habet subjectum *Capyz. decis. 27. n. 23. Afflict. ad tit. Quù dicatur Dux &c. n. 8. vers. & pro hoc facit Vasquius 1. illustr. quæst. in proœm. n. 26. & n. 101.* accedit quod Principis honor & Majestas subditorum dignitate, non tantum augeatur, verum etiam status ejus potentior, magis honorabilis, magisq; timendus efficiatur, uti loquitur *Bald. in c. intellecto 33. n. 5. Extr. de jurejurand.* ut non frustra laudi sibi duxerit Carol V. se in Germania Regibus, in aliis vero regnis alios servis ac mancipis imperare, *uti jam supra etiam dictum est.* Et hanc nostram assertionem eo minus dubitationis habere autumo, cũ Regalia Dd. nostri iis quoq; attribuant, qui status Imperij non sunt *Wesenb. consil. 60. n. 30. Vult. de feud. c. 5. n. 7. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4.* uti & constat hoc ex duplica der Rathe des Churf. von Sachsen wieder Julij Pflugs Replicen in Sachen des Thumbs Naumburg betreffent/ ibi: solcher Gestalt empfähet mancher von Adel auch Lehn vom Reich vnnd wird mit Brieffen belehnet / oder mit etzlichen Regalien begnadet / er ist aber darumb kein Reichsfürst/ noch Standt/ denn dazu gehört ein andere definition., *Frid. Hortled.* von Vrsach des Deutschen Krieges *Carol. V.* wie die Schmalkaldische Bundsobriste *lib. 5. c. 18. pag. 1183.*

33. Et hactenus de Personis, quibus Regalia competunt, restat jam paucis addere, quibus modis illa & acquiruntur, & amittuntur.

De Imperatore autem & quomodo hic sibi Regalia acquirit, non est ut multis agam, cum illi, tanquam omnium dignitatum Principio ac fonti, proprio jure hæc competant, & ab eo omnes dignitates & privilegia fluant & refluant, ac veluti à fonte in alios deriventur *per text. in l. 1. in pr. ff. de L. Jul ambit. l. 1. ff. de Constit. Princip. l. sacrilegij 5. C. de diverf. reſcript. Tapia ad rubr. ff. de Conſtit. Princip. c. 4. n. 5. & ſeqq.* modos itaq; quibus & reliqui, quorum hactenus mentionem feci, Regalia sibi acquirunt, pauciſſimis tantum percurram & extremis quod dicitur labris attingam. Sunt autem duo saltem modi quibus & aliorum quoq; Regalia fiunt. Conceſſio ſcilicet Imperatoris & Præſcriptio *arg. c. ſuper quibusdam verſ. præterea Extr. de Verb. ſignif. Borch. ad c. unic. Quæ ſint Regal. n. 16. Bocer. tr. de Regal. c. 4. n. 1. Nicll. diſp. feud. ult. th. 1. lit. D. Schneidw. in epit. feud. part. 2. n. 89. & 90.* Et primum quod attinet, adeo verum eſt, Imperatorē alteri Regalia concedere poſſe, ut ſacrilegij inſtar ſit, hoc negare: *arg. d. l ſacrilegij 5. C. de diverſ. reſcript.* imo crimen læſæ Majeſtatis committat is, qui negaverit, Principem id facere poſſe *Carpz. de Regalib. c. 5. Concluſ. 16. cum aliis ibidem allegatis.*

34. Fit autem conceſſio hæc expreſſa quadam conventione, quando ſe. expreſſe alicui ab Imperatore conceduntur idq; vel per privilegium quoddam ſpeciale, ſicuti Receſſus Imperij nonnunquam de Regalibus loqvuntur, quemadmodum de jure cudendæ monetæ videre eſt in *Edict. monet. al. de Anno 1559. & in Receſſ. Imper. de Anno 1566. & de Anno 1570.* ubi ſimplicis tantum privilegij fit mentio ſive Freyheits vel per Inveſtituram *Schneidw. de feud. part. 2. n. 94. Zaſ. epit. feud. part. 5. n. 12.* quando ſc. vel ſola Regalia in feudum alicui conceduntur, vel una cum Imperij feudis, ad Vaſallum illa tranſeunt *Carpz. d. Regalib. concluſ. 17.* An autem generali conceſſione feudi Ducatus, Marchionatus, Comitatus &c. ipſa quoq; Regalia conceſſa intelligantur, non usq; adeo eſt expeditum; Communiter hoc negant Dd. cum ſine ſpeciali conceſſione non translata videantur, quæ in ſignum ſingularis privilegij Cæſareæ Majeſtati ſunt reſervata *arg. c. quod translationem Extr. de offic. legat.* & in generali conceſſione non veniant ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus *c. in generali de reg. jur. in 6. Bocer. tr. de Regalib. c. 4. n. 3. Nicll. diſp. feud. ult. th. 1.* hocq; adeo verum eſſe addit *Carpz. d. diſſert. de Regalib. concluſ. 18.* ut ſi Imperator de Ducatu, Marchionatu, Comitatu &c. aliquem inveſtierit cum omni etiam

jure & pertinentiis, mit allen Nutzungen/ Zu- vnd Eingehörungen an Zinsen/ Gülden/ Renten/ Jährlichen Einkommen/ Gerecht vnnd Rechten/ non tamen Regalia concessa dicantur, maxime cum generalia illa investituræ verba (*cum omni jure*) illud tantum jus spectent, quod Ducatui vel Comitatui cohæret, Regalia autem hisce non cohærent, sed jura sunt personalia, & personæ solius Imperatoris tributa, uti arguit text *Recess. Imper. Ratisbon. de An. 1576.* §. dadurch ibi: zu vnserer Käyserlichen sondern Hoheit vnd reservaten. Verum licet hæc ita sint, & de jure facile obtineant, status tamen hodierni conditionem haut satis mihi perpendisse videntur, inquit *Besold. discurs. de Jurisd. Rom. Imper. quæst. 16. pag. mihi 45.* qui Principes aliosq; Imperij status, Procoss. & Præsidum Provincialium loco esse dicunt, proindeq; nullo jure Regalia sibi vindicare posse, nisi specialiter ea ipsis fuerint concessa. *vide quoq; Borch. ad d. c. unic. Quæ sint Regal. n. 7. & 8. Peregr. de jure fisci lib. 1. c. 2. n. 17.*

35. An vero Imperator majora quoq; Regalia & reservata, ut appellantur, reliquis Imperij statibus concedere possit nec ne, hic nō immerito quæritur? Et licet prima fronte dicendum esset quod non, maxime cum in hisce suprema potestas, dignitas & præeminentia Principis elucet, & sint hæc, quibus essentialiter differat Majestas à subditis uti loquitur *Arnis. lib. 2. de jure Majest. c. 2. n. 2.* tamen aliter ferè in Imperio nostro usu obtineri videmus, & communiter Dd. in affirmativam descendunt sententiam, uti videre est ex *Borch. ad d. c. unic. Quæ sint Regal. n. 7. Rosenthal. Synops. jur. feud. c. 5. concluss. 9. & aliis ab hisce allegatis* Ego autem, licet quoad species quasdam, non dubitem hisce consentire & affirmativam in multis casibus sequi, puta in extrema provocatione, jure nobilitandi, legitimandi spurios, famæ & honoribus restituendi, absolvendi à juramento ad effectum agendi & similibus, non ausim tamen id similiter affirmare, de potestate condendi leges universales, indicendi bellum, erigendi nova vectigalia, creandi Reges & Principes, & similibus, maxime cum partim in hisce suprema potissimum Imperatoris præeminentia elucet, partim etiam nec ipse Imperator absq; Procerum & præsertim Electorum consensu & authoritate in iis aliquid disponere valet *v. supr. th. 2. & passim in disp. 1. & 2.*

36. Notandum deniq; Regalium, concessionem stricte esse accipiendam, uti ex Dd. annotatum reliquit *Carpz. d. dissert. de Regalib.*

Contenta

concluſ. 119. unde jam facilis eſt reſponſio ad quæſtionem: Regalibus nonnullis expreſſe conceſſis, ſubjectâ generali clauſula, cum omnibus & quibuscunq; aliis an reliqua etiam Regalia non ſpecialiter expreſſa, conceſſa cenſeantur? & dico clauſulam illam tantum intelligi debere, de iis Regalibus quæ ejusdem ſunt generis & qualitatis, cum Regalibus quæ nominatim & ſpecialiter ſunt conceſſa, e. g. Imperator concedit bona vacantia, item mulctarum pœnarumq; Compendia in aliqua civitate vel provincia, cum generali illa clauſula, & tunc, quia regalia illa quæ nominatim & ſpecialiter hic expreſſa videmus, de Regalibus Fiſci tantum ſint, dico etiam clauſulam iſtam de hiſce tantum accipi debere & non de reliquis Regalibus quæ majora dicuntur & nihil commune habent cum Fiſco, *v. Bocer. tr. de Regalib. c. 4. n. 8.* Item ſi Imperator duobus aut tribus tantum ſpecialiter & nominatim conceſſis, non adjiciat generalem illam clauſulam, ex eodem fundamento aſſero conceſſionem illam ad ſimilia extendi non debere, *adde §. nos Romanorum & §. volumus Conſtit. de Pac. conſtant. l. cum de lanionis 18. §. cui fundum 11. ff. de Inſtruct. vel inſtrum. legat.* quod tamen nec ſimpliciter hodie obtinere exiſtimo in Principibus noſtri Imperij, qui Majeſtatis quandam imaginem, territorialem ſc. jurisdictionem nunc ab immemoriali tempore ſibi vendicarunt, cujus vigore multa Regalia proprio quaſi jure exercere videntur *confer. th. 34. in fin. & Beſold de jurisd. Rom. Imper. quæſt. 16.*

37. Sequitur alter modus acquirendi Regalia, Præſcriptio ſcilicet, quæ eſt quaſi tacita Imperatoris conceſſio *arg. d. c. ſuper quibusdam §. præterea Extr. de V. S.* de hac autem primo ſciendum quod ſicut expreſſa conceſſio Imperatoris, ita etiam Præſcriptio hæc, ſtricte ſit accipienda, & una ſpecie præſcripta, non ſtatim intelligi debeant præſcriptæ & reliquæ ſpecies *Roſenth. Synopſ. jur. feud. c. 5. concluſ. 18. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 21. Bocer d. tr. de Regalib. c. 4. n. 56.* Deinde quod non omni præſcriptione Regalia acquirantur, ſed ea ſolum quæ temporis dicitur immemorialis *Receſſ. Imper. Auguſt. de Anno 1548.* §. vnd ſoll vnſer §. wenn auch ein Außgezogner & §. wo aber innerhalb Menſchen gedencken/ *Gail. 1. obſervat. 21. n. 15. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 22.* Tertio quod ad præſcriptionem hanc non requiratur ſcientia & patientia Imperatoris, ſecundum communem Dd. opinionem *Bald. in d. c. unic. Qnæ ſint Regal.* Præſcriptio enim temporis immemorialis, continet tacitam

Impera-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731649680/phys_0190
DFG

Imperatoris concessionem, & eandem vim habet, quam ipsa concessio specialiter facta *l. alienationis 28. ff. de V. S. Rosenth. in d. c. 5. conclus. 16.* Quarto quod tamen non omnia Regalia præscriptione acquirantur, quædam enim Regalia Principi reservata sunt in signum subjectionis & superioritatis, ut tributum, census, &c. & hæc nullius temporis præscriptioni subjacent *l. competit 6. C. de Præscript. 30. vel 40. ann. c. cum non liceat extr. de præscriptionib. c. cum ex officio d. t. & c. venerabilē Extr. de censibus*, quædam vero reservata dicuntur Principi in signum singularis privilegij, ut legitimare spurios, creare tabelliones, vectigalia exigere &c. & in his præscriptio temporis immemorialis locū habet *d. c. super quibusdam §. præterea Extr. de V. S. Balbus. tr. de præscript. part. 2. quintæ princip. quæst. 1. n. 1. in fin. Boer. decis. 264. n. 19. Bocer. d. tr. de Regalib. c. 4. n. 47.*

38. Ultimo loco jam reliqvum est, ut de amissione Regalium breviter dispiciamus, & notanda primo hic est regula; amitti Regalia iisdem modis quibus acquiruntur *arg. l. 1. ff. Pro derelict. Bocer. d. tr. c. 5. n. 1.* quod tamen verum est respectu Imperatoris aut alterius superioris, qui Regalia inferioribus confert, ut enim hic jura illa alienat dum alij concedit, §. *per traditionem Instit. de Rer. divis.* sic vix est ut alienare non videatur, dum patitur præscribere *l. alienationis 28. ff. d. V. S.* & obtinet tantum in Regalibus Fisci, non vero in majoribus istis Regalibus, hæc enim non privative, sed cumulative concedi ac præscribi intelliguntur *v. infr. disp. 1. th. 13. Rosenth. Synops. jur. feud. c. 5. conclus. 18. Bocer. d. c. 5. n. 4. & 5.*

39. Inferiores autem, qui non proprio jure, sed alieno beneficio Regalia tenent, variis modis eadem vicissim amittunt, quantum enim primo ad Regalia per investituram seu infeudationem concessa attinet, sive illa principaliter & seorsim in feuda concessa sunt, sive per consequentiam una cum feudis collata, iisdem tamen amittuntur modis, quibus alias de jure feudali feudum ipsum amitti dicitur *confer. hanc in rem. titulos: Quibus modis feud. amittatur 1. F. 5. & 1. F. 17. In quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. Quæ fuit prima ca. benef. amit. 2. F. 24.* Respectu enim Regalium in feudum concessorum, de hisce modis nihil peculiare constitutum est, in quo jus feudale non obtineat, *Carpz. d. dissert. de Regal. conclus. 123.* & quod Regalia hæc, communibus feudorum

rum

rum regulis subjaceant, nisi quid specialiter de iis constitutum reperiatur, testatur *Rosenth. Synopsi feud. c. 10. conclus. 42. n. 33.* Deinde Regalia per privilegium aut præscriptionem inferioribus concessa amittuntur 1. per non usum *arg. l. 1. ff. de Nundinis & ibid. Dd.* quod si tamen occasio utendi non fuerit oblata, tunc quoq; non amittuntur, licet quis per mille annos iis nō fuerit usus, uti cōmuniter concludunt Dd. *ad l. fin ff. de Constit. Princip. Jas. ibid. n. 25. per text. notab. in l. unum ex socius §. fin. cum l. seq. ff. d. S. R. P: Gail. 2. Observat. 6. n. 2.* 2. Per abusum eorundem, privilegium enim amittere meretur, qui permissa sibi potestate abutitur *c. privilegium 11. quæst. 3. Coler de Proceff. Execut. part. 2. c. 3. n. 133.* 3. Ob grave & enorme delictum contra concedentem commissum *Sixt lib. 1. de Regalib. c. 6. n. 38.* 4. Huc pertinent omnia quæ sub Regalium amissione ab Impp passim vetantur ut in *Recess. Imper. August. de Anno 1555.* §. Wir setzen/ ordnen/ wollen vnd gebieten auch/ ubi prohibetur in Imperio collectio & convocatio militis sub pœna amissionis Regalium ac omnium privilegiorū 5. per renunciationem quoq; amittuntur Regalia, *Rutig. Ruland. de Commissar. part. 4. lib. 2. c. 4. n. 142.* 6. Si tempus concessionis finitum fuerit 7. Si causa concessionis impulsiva cessaverit 8. Si Princeps, à quo Regalia ad beneplacitum tantū aus wolgefallen & ex mera gratia concessa sunt, ea revocaverit, quæcunq; enim Privilegia, sola Principis voluntate introducta sunt, ea quoq; sola Principis voluntate vicissim tolli possunt. *Roland. à Vall. 5. Consil. 13. n. 5. & seqq.* & privilegium ad beneplacitum concessum tantisper durat, donec concedens illud revocat *ait Gail. 2. Observat. 60. n. 16.* Privilegium vero ob bene merita vel per contractum concessum, absq; justa ratione & causa revocari non posse, verius est. Sed vela hic contraho.

Soli DEO sit laus honor
& gloria.

Contents.

1
2
3
4
5

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731649680/phys_0194
DFG

Contents.

1
2
3
4
5

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731649680/phys_0196
DFG

rit, imo dicat necesse est, cum *Warn. de Ereub.*
9. multas civitates habere rem, sed non nomen, ap-
tu, quod tenent, tam est tamen simile juri Princi-
non tantum Imperatorum beneficiis, verum et-
m ope ac clementiâ civitates hasce, ad tantum
venisse, ex historiis plusquam notorium est, &
n. 39. ut Imperatores Principibus, sic Principes
ibuisse, partim ut munificâ hac & prolixâ digni-
vitates hasce sibi devotiores redderent, *per ea quæ*
de Const. t. Princip. c. 4. in pr. Andr. Knich. de Sax.
ucum. c. 1. n. 1. partim etiam, ut ex subditorum di-
cari posset de Superiorum præeminentia; quan-
est majoribus & dignioribus, tanto quoq; & ipse
ior, *juxta Novell. Justin. 15. in fin. præfat. Andr.*
vocand. jur. verb. Ducum c. 1. n. 27. & de subl. jur.
. edit. eoq; nobilior existimatur, quo nobilius
z. decis. 27. n. 23. Afflict. ad tit. Quis dicatur Dux
facit Vasquius 1. illustr. quæst. in proœm. n. 26. &
ncipis honor & Majestas subditorum dignita-
itur, verum etiam status ejus potentior, magis
mendus efficiatur, uti loquitur *Bald. in c. intelle-*
rand. ut non frustra laudi sibi duxerit Carol V.
is, in aliis vero regnis alios servis ac mancipis
a etiam dictum est. Et hanc nostram assertionem
habere autumo, cũ Regalia Dd. nostri iis quoq;
Imperij non sunt *Wesenb. consil. 60. n. 30. Vult.*
e Regal. lib. 1. c. 4. uti & constat hoc ex duplica der
Sachsen wieder Julij Pflugs Replicen in Sa-
mburg betreffent/ ibi: solcher Gestalt empfähet
h Lehn vom Reich vnnd wird mit Brieffen be-
en Regalien begnadet / er ist aber darumb kein
andt/ denn dazu gehört ein andere definition,
sach des Deutschen Krieges *Carol. V.* wie die
ndsobriste *lib. 5. c. 18. pag. 1183.*
Personis, quibus Regalia competunt, restat
ous modis illa & acquiruntur, & amittuntur.